Expoſitio deuotiſſima ſuper

Cantica Canticorum edita ab Angelico Doctore
Sancto Thoma de Aquino: precibus
Monachorum dum in extrema
infirmitate conſti
tutus eſſet.

AMADEVS SCOTVS LECTORIB. S.

¶ Dici non poteſt q̃ indies magis veſtraꝫ mihi gratiaꝫ: officio hocce meo: atqꝫ induſtria demereri exoptem Lectores humaniſſimi. Laboraui hactenus (vt ſcitis) non parum in excudendis bonarꝫ artium libris: curauiqꝫ ſemper vt non niſi optima queqꝫ: ⁊ q̃ emendatiſſima ex vobis proficiſcerentur: nec impenſe (quod aiunt) neqꝫ oleo parcens. Et quã quã nullius vnq̃ ex iis que a vobis probantur ſcripta paruifecerim: placuere mihi tamen in primis B. Thome Aquinatis ⁊ eruditio: ⁊ ſtilus: quibus quidem vſqꝫ adeo oblectatus ſum: vt nulla propemodum illius opera iam ſupereſſe arbitrer: que noſtris ſub typis ad polimẽtuꝫ non venerint: aut in proximo (vita comite) ventura ſint. Dedi iamdudum vobis Philoſophiam ipſius: Theologiamqꝫ: multaqꝫ preterea opuſcula tum vtiliſſima: tuꝫ eruditiſſima. Nũc aũt (quod ad rem attinet) cum nuprime preclarium quorundam virorꝫ opera hocce: quod pre manibus habetis ſcriptum in Cantica Canticorum: ad manus meas aduéniſſet: quod quidem multis argumentis comprobabatur eſſe Doctoris ipſius ſanctiſſimi. atqꝫ inter cetera antiqui exemplaris prenotatione. Ne non in omnibus meo indulgerem affectui: volui vt id quoqꝫ cum ceteris publicũ adiret: ⁊ vobis omnibus: qui Thomiſte lectionis diligẽtiſſimi eſtis noſtra opera commune redderẽ: ſperans me vobis nihil non iucundum nihil non vtile preſtiturum. Uerum quoniam paulo ante aliud etiã eiuſdem in ea ipſa Cantica editum eſt: non intempeſtiuum putauimus obiter hoc in loco moroſioribus quibuſdã: qui nodum etiam in ſcyrpo querunt: ſatiſfacere. Obiiciunt ſiquidem nõnulli: non videri ſibi id. B. Thome opus: ꝙ ſtilo ⁊ eruditione ab aliis eiuſdem omnino diſtet. At contra mihi vel ob id ſi nulla alia adſit ꝯfirmandi ratio. B. Thome expoſitionẽ hanc eſſe nõ videri nõ poteſt: ⁊ quidem omni alia (ſi pro equitate loquamur) multo legitimam magis. Cum ſatis illud nobis ex vita ipſius ſancti Doctoris conſtet tunc ab eo Cantica expoſita fuiſſe: quũ cõſtitutus in vltima egritudine: a Ciſterſienſibus monachis: in quorꝫ Cenobio infirmabatur magnopere rogaretur vt eam ſibi exponere vellet: quod ⁊ humaniſſimus Doctor ſine vlla controuerſia fecit. At ꝗ ſatis veriſimile eſt: ꝙ breuem illam omni pretermiſſa verborꝫ analogia inter egrotandum fecerit: ſed ⁊ deuotam pariter ⁊ abſolutam: veluti ⁊ tempus illud: ⁊ preces Monachorꝫ: ⁊ ſua conſumata doctrina expoſcebant. Illud autem nec negare poſſumus: neqꝫ inficias imus: expoſitionem hanc ab illa: reliquiſqꝫ operibus: que beatus Doctor paulo accuratius conſcripſit: non nihil ⁊ apparatu ⁊ ſtilo diſtare: ſed ⁊ illud etiam cõſtanter aſſeueramus ſi quis diligenter hanc ipſam inſpiciat: ⁊ breuitatem ſtili: ⁊ cum ipſa ſtili breuitate ſententiarum grauitatem: ⁊ deuotionem caſtiſſimam: quam illa pre ſe fert: fideliter attenderit: non niſi conſumatiſſimi viri: atqꝫ itidem doctiſſimi hanc eſſe nobiſcũ affirmabit: ita prorſus: vt eam Doctoris noſtri ſanctiſſimi eſſe credere obſtet nihil. Quemadmodum (vt prediximus) ⁊ in antiquo illo exemplari prenotatuꝫ adhuc videre licet. Eſt aũt (vt id quoqꝫ adiiciam) volumen ipſum non ſolum correctiſſimum: ſed etiam ita vetuſtate ipſa conſpicuum: vt putem ſub ore ipſius Doctoris exponentis: ſic exaratum ab aliquo audientium fuiſſe. Quare nihil eſt quod vos humaniſſimi lectores ab huius ſanctiſſime lectionis integritate remoretur. Uerum volumus hoc eẽ eorꝫ que vobis debere exiſtimamus: quoddam quaſi corrolarium nõ beneuolentie hoſtimentineentũ. Poſtac ⁊ Hieremiam: ⁊ Eſaiam ⁊ Matthei Euangelium: qui nunc ſub trutina verſantur expectate. Dabo pro virili operam vt nec gratis: nec multum in expectatione ſitis. Ualete.

86

¶ Expoſitio Beati Thome de Aquino ordinis Predicatorū in Canticis Canticorum: Sicut reperitur in quodā libro antiquiſſimo in cōuentu Fabrianeñ. ordinis Predicatorū.

SAlomon inſpiratus diuino ſpiritu cōpoſuit hunc libellum de nuptijs Chriſti ⁊ eccleſie: ⁊ quodā modo Epithalamium fecit Chriſti ⁊ eccleſie: idest Canticū ſup thalamos: Unde ⁊ Cantica Canticorum vocauit hunc libellum: q2 omnia alia Cātica ſuperexcellit. Sicut etiā dicitur Rex regum: ⁊ Dominus dominantium: ⁊ Solēnitas ſolēnitatum: ſic dicuntur Cantica Canticorū: ob excellentiam ⁊ dignitatem. Eſt autem in hoc obſcuriſſimus iſte liber: quia nulle ibi commemorantur perſone: cum tamen ſtilo quaſi Comico ſit cōpoſitus.

¶ Incipit Cap. primum Cantice Canticoꝝ.

OSCuletur me oſculo oris ſui: quia meliora ſunt vbera tua vino: fragrantia vnguētis optimis. Oleum effuſum nomen tuum: ideo adoleſcentule dilexerunt te. Trahe me poſt te. Curremus in odore vnguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria ſua. Exultabimus ⁊ letabimur in te: memores vberum tuorum ſuper vinū. Recti diligunt te. Nigra ſum ſed formoſa filie hieruſalem: ſicut tabernacula cedar: ſicut pelles Salomonis. Nolite me conſiderare q fuſca ſim: quia decolorauit me ſol. Filij matris mee pugnauerunt contra me: poſuerunt me cuſtodem in vineis. Uineā meam non cuſtodiui. Indica mihi quē diligit aīa mea: vbi paſcas: vbi cubes in meridie: ne vagari incipiam poſt greges ſodaliū tuoꝝ. Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres: egredere ⁊ abi poſt veſtigia gregū tuoꝝ: ⁊ paſce hedos tuos iuxta tabernacula paſtoꝝ. Equitatui meo in curribꝰ pharaonis aſſimilaui te amica mea. Pulchre ſunt gene tue ſicut turturis: collū tuū ſicut monilia. Murenulas aureas faciemus tibi: vermiculatas argēto. Dū eſſet rex in accubitu ſuo nardus mea dedit odorē ſuum. Faſciculus myrrhe dilectus meus mihi: inter vbera mea cōmorabitur. Botrus cypri dilectus meus mihi: in vineis Engaddi. Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra: oculi tui columbarum. Ecce tu pulcher es dilecte mi ⁊ decorus. Lectulus noſter floridus: tigna domorum noſtrarum cedrina: laquearia noſtra cypreſſina.

DEſiderantis vox eſt Synagoge Aduentum Chriſti. Quaſi diceret. Q2 totiens mihi aduentum ſuum promiſit per Prophetas: veniat ergo ⁊ oſculetur me oſculo oris ſui: idest per ſeipſum mihi loquatur. (Quia meliora ſunt vbera tua vino.) Repente ad ipſum cuius deſiderio flagrabat: verba conuertens ſubdit: Quia meliora ſunt vbera: ⁊ reliqua. Per vbera Chriſti: dulcedo euangelij intelligitur: quia veluti lacte nutritur infantia credentium. Uinum aūt auſteritatem legis ſignificat. Sed vbera Chriſti meliora ſunt vino: quia dulcedo euangelij melior eſt auſteritate legis. In lege enim nulla reſeruatur penitentia. Quia precipit: vt qui occidit occidatur. Euāgeliū aūt dicit. Nolo mortē peccatoris: ⁊ reliq̄. (Fragrātia vnguētis optimis.) Unguēta dona ſūt ſpiritus ſancti: vel etiā operationes virtutū: de q̄bus Apl's. Chriſti bonus odor ſumus deo. (Oleū effuſum nomen tuū.) Nomē tuum o Chriſte effuſū eſt. Chriſma grece latine vnctio dicit̄. Inde nomē ab vnctione vocatū eſt. Solet aūt ſpiritus ſanctus hoc olei noīe appellari: iuxta qð Pſalmiſta ait. Unxit te deus deus tuus oleo. i. ſpiritu ſancto. Hoc oleū effuſum eſt q2 hec gratia quā Chriſtus ſingulariter habuit: data eſt oībus electis. Unde ⁊ a Chriſto Chriſtiani dicunt̄ participatiōe noīs Chriſti. Et bene nō ſtillatū: ſed effuſum dicit̄ plenū: q2 abūdanter hec gratia omnibus data eſt in Chriſto credentibus. (Ideo adoleſcētule dilexerūt te.) Adoleſcētule dicunt̄ aīe electorū: q2 in Baptiſmo reliquere ſordes veteris hoīs ⁊ renouate ſunt in Chriſto. Bene aūt feminino genere dicunt̄: q2 aīe ſanctoꝝ quo maioris fragilitatis ſibi conſcie ſunt: eo amplius diligunt Chriſtū. Uox eccleſie de gētibus. (Trahe me poſt te. curremus.) Nam hactenus locuta eſt ſynagoga. Hic icipit loqui eccleſia de gentibus. Trahe me poſt te: q2 inquit meā infirmitatē cognoſco ⁊ video nihil me meis viribus boni poſſe agere tua gratia trahe me ad tui imitationē. vel etiam cū celum aſcēderis trahe me poſt te: vt te ſequi merear. (Introduxit me rex in cellaria ſua.) Hic loquitur Eccleſia de Chriſto ſponſo ſuo ad aīas fideles: Cellaria dei ſunt eterna beatitudo: ⁊ ſupne patrie gaudia. In qua introducta eſt iam eccleſia per fidem ⁊ ſpem: ⁊ quādoq3 introducetur per rem. (Exultabimus ⁊ letabimur in te.) De donis inquit tuis exultabimus ⁊ letabimur: ſed q2 ſcimus hoc non noſtri eſſe meriti: in te non in nobis exultabimus: hoc eſt qð Apl's ait. Qui gloriatur in dño glorietur. (Memores vberū tuoꝝ ſup vinū.) Idest memores gratie tue ⁊ miſericordie: q2 ſaluati ſumus. Ubera enim ſunt: ipſa gratia qua ſaluamur. Recordantes etiam q2 tu auſteritatem legis vberibus doctrine euangelice tēperare dignatus es. (Recti diligūt te.) Illi inquit qui recti corde ſunt diligunt te. i. illi qui nihil ſuis

meritis tribuāt:ſed oīa tue gratie deputāt. Nullus enī
te diligit niſi rectus:nullus eſt rectus niſi qui te diligit.
(Nigra ſum ſed formoſa vel decora filie hieruſalem.)
Hic rurſus loquitur Eccleſia ad ſanctas animas. Nigra
ſum:quia perſecutiones patior: ſed formoſa ſum vir-
tutibus. Filie hieruſalem:ideſt O anime fideles:nigra
ſuz:ideſt deformis perſecutionibus ꝛ erumnis quas ſu-
ſtineo:ſed formoſa ſum decore virtutum. Quo modo
anima nigra ſit:vel quo modo formoſa oſtēdit cuz ſub-
dit.(Sicut tabernacula cedar. Sicut pellis Salomo-
nis.)Ita enim diſtinguitur. Nigra ſum ſicut taberna-
cula cedar:formoſa ſicut pellis Salomonis. Cedar fi-
lius fuit Iſmaelis:ꝛ interpretatur tenebre. Iſmaelite
vō ſemper in tabernaculis habitare ſoliti ſunt:ꝛ non ha-
bent domos. Dicit ergo eccleſia ſe nigram eſſe ſicut ta-
bernacula cedar propter perſecutiones quas patieba-
tur a filijs tenebrarum:quod interpretatur cedar. Hinc
Pſalmiſta dicit. Habitaui cuz habitātibus cedar:ideſt
conuerſatus ſum inter pſecutores ꝛ peccatores infideli-
tate nigros. Formoſaz vō ſe dicit ſicut pellis.i.taberna-
cula Salomonis:qui pacificus interpretatur:quoniā di-
gna erat viſitatione ꝛ cōſolatione ſponſi ſui Chriſti in-
ter anguſtias.Et ſic tabernacula ex pellibus mortuorū
animalium fiunt: ita eccleſia tabernaculum videlicet
dei:ex his conſtruitur qui ſeipſos cum vitijs ꝛ concupi-
ſcentijs mortificant.(Nolite me conſiderare ꝙ fuſca
ſim:quia decolorauit me ſol.)O anime fideles ꝛ deo
deuote:Nolite me conſiderare ꝙ ſim fuſca:ideſt ꝙ tri-
bulationibus afficiar:ꝙ perſecutionibus opprimar: qꝛ
decolorauit me ſol:ideſt feruor perſecutionis ſplendo-
rem in me quodāmodo obfuſcauit:ac ſi diceret. Inte-
riorem pulchritudinem meam cogitate: ꝛ illam atten-
dite:nō illa que foris pati videor.Tale eſt quod ꝛ Apo-
ſtolus dicit. Nolite deficere in tribulationibus meis
pro vobis que eſt gloria veſtra. Non enim ſunt condi-
gne paſſiones:ꝛ reliqua.Sol autem in ſcripturis mul-
tos habet ſenſus. Aliquando ſignificat ipſum dei ꝛ ho-
minum mediatorem:ſicut dicitur. Uobis timentibus
nomen meum orietur ſol iuſtitie:ideſt Chriſtus. ſigni-
ficat etiam eccleſiam: ſicut Dn̄s dicit. Tunc iuſti ful-
gebunt ſicut ſol.Aliquando feruorem perſecutionis:ſi-
cut hic:ꝛ in euangelio. Ubi dicitur de ſemine quod ce-
cidit ſuper terram: ꝛ orto Sole exaruit: quod ipſe do-
minus aperit exponens. Facta autem perſecutione pro-
pter verbum ſcandalizantur.(Filij matris mee pugna-
uerunt contra me: poſuerunt me cuſtodem in vineis.
Uineam meam non cuſtodiui.)Unde ceperit hec per-
ſecutio oſtendit cuz ſubdit. Filij matris mee:ꝛ reliqua.
Uox primitiue eccleſie. Filij matris mee pugnauerunt
cōtra me.Mater primitiue eccleſie Synagoga eſt:cui
per Prophetam dicitur:Et vocaberis ciuitas fidelis: ꝛ
mater ciuitatum fidelis Sion. Huius filij ſunt Iudei:
qui pugnauerunt contra eccleſiam primitiuam: quan-
do excitauerunt perſecutionem ꝯtra credentes propter
quam omnes diſperſi ſunt per regiones: per ciuitates
Samarie. Poſuerunt me cuſtodem in vineis. Uinea
vna:fuit primitiua eccleſia in Hieroſolymis:ſed ob iu-
daicam perſecutionez diſperſis omnibus credentibus:
multe Uinee facte ſunt:ideſt multe eccleſie conſtructe
ſunt per vniuerſum mundum. Dicit ergo eccleſia pri-
mitiua. Poſuerunt me ſcilicet Apoſtoli ꝛ Doctores cu-
ſtodem:ideſt vt eſſem cuſtos eccleſiarum. Unde ꝛ he-
ne vbi nos legimus omnes diſperſi ſunt:in greco habe-
tur diſſeminati ſunt. Ad hoc enim diuinitus diſperſi
ſunt vt plures eccleſie fierent per vniuerſum orbem.

Uineam meā:ideſt vnam illam eccleſiam que in Hie-
roſolymis fuit non cuſtodiui. Hoc autem non ad vo-
tum neqꝫ ad mentem eſt referendum:ſed ad locum nō
cuſtodiui ſubaudi:vt eſſet ſolūmodo ibi vbi cepit.(In-
dica mihi vbi paſcas:vbi cubes in meridie.)Uox eccle-
ſie ad ſponſum ſuum Chriſtuz.O Sponſe quem diligit
anima mea:ideſt quem tota mentis intentione diligo.
Indica mihi vbi paſcas:ideſt vbi oues tuas paſcere fa-
cias. Ipſe eſt enim paſtor bonus:ſicut ipſe dicit in euan-
gelio. Indica mihi vbi paſcas:ꝛ vbi cubes:ideſt requie-
ſcas ꝛ hoc in meridie:ideſt in feruore perſecutionis vel
tentationis. Laborans enī eccleſia perſecutionibus ob
ſecrat Sponſum ſuum vt ei dicat in quoruꝫ mentibus
requieſcat:Nā cubare Sponſo regeſcere eſt ſicut ipſe
dicit.Super quem requieſcet ſpiritus meus ꝛ reliqua.
Ne enim ſancti actu tentationis areſcant ipſe in coruꝫ
cordibus cubat ꝛ requieſcit atqꝫ ab omni feruore ten-
tationum ꝛ perſecutionū protegit. Quare hoc:(Ne va-
gari incipiam poſt greges ſodalium tuoruꝫ.)Greges ſo-
dalium appellat conuenticula hereticorum qui ſoda-
les Chriſti ſunt:qꝛ ꝛ ipſi greges ſuos paſcunt. Sed Chri-
ſtus vnum habet gregem:heretici vō non gregem: ſed
greges paſcunt ꝛ eſt ſenſus:O Sponſe indica mihi ſan-
ctos ꝛ electos tuos in quorum mentibus requieſcis ne
forte offendam ꝛ incurrā hereticos putantes te me ibi
poſſe inuenire. Hunc verſum male heretici diſtingue-
bant:tanquam ſponſa interrogaret vbi paſcas: vbi cu-
bes:ꝛ ipſe reſponderet in meridie cubo:ideſt in Auſtra-
li parte ſi ignoras te vox ſponſi ad ſponſam ſuam Eccle-
ſiam. Si ignoras te o pulchra egredere ꝛ abi poſt veſti-
gia gregum:ac ſi diceret tu quereris te quaſi a me dere-
lictam ꝛ perſecutionū feruoribus denigratam:nec con-
ſideras ꝙ pulchra ſis inter mulieres:ideſt nō attendis
virtutum ſpiritualium pulchritudinem qua pre ceteris
decoraris licet tentationibus denigreris. Si ergo igno-
ras te: ideſt ſi hanc dignitatem ꝛ formoſitatem tuam
non recognoſcis egredere de meo conſortio: ꝛ abi poſt
veſtigia gregum. Hoc eſt ſequere ꝛ imitare doctrinam
errantium hereticoꝝ:qui contēpto vero paſtore vnius
gregis multas ſibi greges coaceruauerūt:ꝛ paſce hedos
tuos iuxta tabernacula paſtorum:ideſt peccatores ꝛ er-
roneos auditores ſub dogmate hereticoꝝ. Unus enim
paſtor eſt Chriſtus qui vnum habet gregem: ideſt vni-
tatem eccleſie catholice: Paſtores vō multi ſunt hereti-
ci qui gregem deceptoꝝ hominum ſibi aggregant quos
diabolo paſcunt de qͥbus Pſalmiſta. Sicut oues in in-
ferno poſiti ſunt. Oues vocātur in loco hoc mali nō pro-
pter boni ſimplicitatem vel ignorantiam: ſed propter
hebetudinem: quia neſciunt reſiſtere praue doctrine.
Sed omnia que ſibi imponuntur a malis doctoribus
ſuſtinent nō bona patiētia. Uox eiuſdem ſpōſi.(Equi-
tatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica
mea.)Equitatum ſuum appellat exercitum filiorum
Iſrael videlicet ſexcenta ſex milia qui egreſſi ſunt de
Egypto ꝛ tranſierunt mare rubrum. Equitatum auteꝫ
ſuum illam multitudinem dicit:quia ſicut auriga cur-
rui preeſt:ita deus illi plebi ꝑerat:protegens illam ꝛ de-
fendens ꝛ ad terraꝫ repromiſſionis introducens. Huic
ſuo equitatui aſſimilauit amicam ſuā. Quoniam ſicut
ille populus per mare rubrum ſaluatus eſt Pharaone
demerſo:ita Eccleſia gentium per baptiſmum de dia-
boli ſeruitute liberata eſt: ꝛ ad veram repromiſſionis
terram ꝛ euangelicam libertatē introducta. Sicqꝫ que
erat ancilla vitiorum facta eſt amica Chriſti:emunda-
ta ꝛ abluta per Baptiſmum a ſordibus peccatorum.

Uel aliter ſm̄ Gregoriū: egtatui meo in curribus Pha
raōis aſſimilaui te amica mea. Oēs eni qui luxurie: qui
ſupbie: qui auaricie: qui inuidie: qui fallacie deſeruiunt
adhuc q̄ſi equi gdā ſub curru Pharaonis ſunt. i. ſub re
gimine diaboli: oīs vō qui in humilitate: in caſtitate: in
doctrina: in charitate feruet: iam equus effectus eſt crea
toris noſtri: iam in curru dei poſitus eſt: iam ſeſſorē deū
habet. Unde cuidam dicit̄ cui iam dn̄s preſidebat. Du
rum eſt tibi ꝯtra ſtimuluz calcitrare: ac ſi diceret: meus
equus es: iam ꝯtra me calces iactarē non potes: iam tibi
ego preſideo. De iſtis equis alibi dicit̄. Miſiſti in ma
ri equos tuos turbātes aquas multas. Habet enim cur
rus deus: qꝛ aīabus ſanctis p̄ſidet ⁊ per aīas ſanctas cir
cūquaq; diſcurrit: vnde ſcriptuꝫ eſt. Currus dei decem
milia multiplex milia letātium. Habet currus Pharao
qui tamē currus in mari rubro ſubmerſi ſunt: qꝛ multi
peruerſi in baptiſmate mutati ſunt. Dicat ergo ſpōſus.
Egtatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te ami
ca mea. i. duꝫ adhuc tu eſſes in curribus Pharaonis ego
te equitatui meo aſſimilaui: qꝛ attēdi quid p̄deſtinatio
nis in te fecerim: equis meis te cōparaui. Uidet enim
deus multos adhuc deditos luxurie adhuc auaritie ſer
uientes ⁊ tn̄ attēdit in ſecreto iudicio quid iam de ipſis
opatus eſt. Quia hēt equos deus: ſed multos videt ad
huc equos eſſe Pharaonis: ⁊ qꝛ conſiderat occulto iudi
cio: occulta p̄deſtinatione ad bonum cōmutandos: ſimi
les illos attendit iam equis ſuis: qꝛ videt illos ad currū
ſuuꝫ ducēdos: qui prius in currus Pharaonis deſeruie
bant. Ubi ꝯſideranda ſunt occulta iudicia: qꝛ multi vi
dentur per predicationē: per ſapientiaꝫ: per caſtitatem:
per largitatē equos dei eſſe: ⁊ tn̄ occulto dei iudicio egs
Pharaonis aſſimilant̄. Et multi vident̄ per auaritiaꝫ
per ſupbiā: per inuidiā: per luxuriā equi Pharaonis eē:
⁊ tn̄ occulto dei iudicio egs dei aſſimilant̄: qꝛ ⁊ illos vi
det de bono ad mala verti: ⁊ iſtos videt de malo ad bo
nuꝫ reduci. Sic ergo per diſtrictionē diuini iudicij mul
ti qui equi vident̄ dei equi ſunt Pharaonis pro repro
ba vita que illos ſequitur: ita per impietateꝫ multi equi
Pharaonis vident̄ qui per ſanctaꝫ vitā quā in fine ſuo
ſeruaturi ſunt: equis dei aſſimilant̄. Unde blandit̄ ſpō
ſus ⁊ dicit. Egtatui meo in currib' Pharaonis aſſimila
ui te amica mea. i. tu adhuc in currib' Pharaonis ſubdi
ta ſeruiebas: ſub vitia currebas: ſꝫ attēdi ego gd de te p̄
deſtinatione feceriꝫ: egtatui meo te aſſimilaui. i. electis
meis ſimilē te attēdi. (Pulchre ſunt gene tue ſicut tur
turis.) Turturis natura eſt vt ſi caſu ꝯiugem p̄diderit
alium vltra nō ingrat. Turturi ergo aſſimilat̄ eccleſia:
qꝛ ex quo chriſtus p̄ſentia ſua corpali mūdum deſeruit
⁊ celos petijt eccleſia in eius amore tenaciſſime perſeue
rat: Nec recipit vlluꝫ adulterinū amatorē: qꝛ contēnit
mūdū ⁊ ꝯcupiſcentias eius: ⁊ ſolius ſpōſi ſui pulchritu
dinē mēte ꝯtēplat̄. Genis aūt turturis genas eccleſie cō
parat: qꝛ in genis maxime verecūdia apparet: ⁊ per hoc
pudor ⁊ verecundia eccleſie oſtēdit̄: qꝛ erubeſcit aliqd
fedū ⁊ qꝺ ſpōſo ſuo diſpliceat ꝑpetrare: ⁊ eſt ſenſus. No
li timere ne vageris per greges ſodaliū: qꝛ tāto te amo
ris mei pudore ⁊ tanta verecūdia donaui vt certus ſim
te me nō poſſe deſerere vel ad alienos deflectere. (Col
luꝫ tuū ſicut monilia.) Per collū eccleſie: doctores ſan
cti figurant̄: naꝫ ſicut per collū cibi reficiendo corpora
miniſtrant̄: ſermones etiā quibus archana mētium de
monſtrant̄ per colli fiſtulā egrediunt̄: ſic doctores non
ſolum cibū nobis ſalutaris doctrine miniſtrāt: ſed etiā
ſecreta ſcripturaꝝ nobis manifeſtant. Hoc ergo colluꝫ
eccleſie quaſi monile eſt: qꝛ caſte doctrine gēmis: virtu

tum ornamētis ſancti doctores decorant̄. Monile eni
ornamētum eſt virginuꝫ vel matronaꝝ. (Murenulas
aureas faciemus tibi vermiculatas argēto.) Murenu
le iuxta litterā ornamēta ſunt colli virginalis ⁊ puella
ris virgule videlicet auri ꝑplexe intermixtis nōnunꝗ̄
pulchra varietate ſubtiliſſimis argēti filis: ⁊ hoc eſt qꝺ
dicit vermiculatas argento. i. in modū vermium terre
noꝝ quos lūbricos dicunt diſtinctas ⁊ īter ſe ꝯiunctas.
Murenule aūt a ſimilitudie piſcis maritimi qui Mu
rēna vocat̄. Myſtice murenule ſunt ꝑplexa ſcripturaꝝ
dogmata ex diuerſis ſanctoꝝ patrum ſentētijs inter ſe
iuncta. Auruꝫ quippe claritatē ſignificat ſenſus ſpirita
lis. Argētuꝫ vō nitorē eloquij deſignat. Murenulas au
reas ergo Sponſus ſpōſe ſue facit cū chriſtus eccleſiaꝫ
ſuam doctrinis ſanctoꝝ patruꝫ: ſenſu ⁊ eloquio fulgēti
bus inſtruit atq; ad illoꝝ fidem ⁊ virtutē imitādaꝫ ac
cendit. Notādum vō qꝺ dicit pluraliter faciemus tibi:
quaſi enim chriſtus ſe ꝑſonis doctoꝝ ꝯiungit per quos
ipſe Murenule incathenant̄ vt iſtis eccleſia exorne
tur. (Duꝫ eſſet Rex in acubitu ſuo nardus mea dedit
odorē ſuuꝫ.) Modo ſynagoga Regē: ſpōſum ſuū Chri
ſtum dicit: qui per diuinitatē ſuam oīa regit: ⁊ etiā ſm̄
humanitatē de regia Dauid ſtirpe natus eſt. Accubitus
huius regis fuit icarnatio eius: accūbere eni eſt reclina
re ⁊ diſcūbere: ⁊ tūc Chriſtus accubuit qn̄ pro noſtra re
dēptione ſe vſq; ad ſuſcipiēdam naturā noſtrā inclina
uit: ⁊ tūc Nardus dedit odorem ſuuꝫ: qꝛ virtus eccleſie
magis enituit. Cum enim ꝯſiderat deū pro ſe hoīem fa
ctum: amplius ad ſpecialiuꝫ virtutū ſtudiū ⁊ ad amorē
conditoris accendit̄. Nardus eni fragrātia virtutū ſpe
cialium deſignat. Erāt quidē ante incarnationē ſancti
dei: ſed ſicut dictuꝫ eſt: ſanctitas magis a tp̄e icarnatio
nis Chriſti excreuit: ⁊ tunc quodāmodo nardus eccle
ſie. i. odor virtutū fortis dedit odorē ſuuꝫ. Juxta litterā
nardus herba eſt aromatica: craſſa: ⁊ fragili radice: fo
lioq; paruo ⁊ denſo: cuius cacumia in ariſtas ſe ſpargūt.
Hoc vnguento Maria Magdalene caput ⁊ pedes dn̄i
perunxiſſe in euāgelio legit̄ cū eēt in domo Simonis.
(Faſciculus myrrhe dilect' meus mihi.) Myrrha ſpe
cies eſt aromatica nimie amaritudinis qua mortuoruꝫ
corpa ꝯdiuntur hoc loco paſſio Chriſti ⁊ ſepulchrū deſi
gnat̄. Nam depoſitū corpus dn̄i de cruce a Nicodemo
⁊ Joſeph myrrha ⁊ aloe ꝯditum eſt: ⁊ inuolutuꝫ linteis
cū aromatibus: ac ſepulture datum. Dicit ergo eccleſia
ſponſo eius. Dilectus meus faſciculus myrrhe mihi fa
ctus eſt: qꝛ ꝓpter me mortuus ⁊ ſepult' eſt. (Inter vbe
ra mea cōmorabit̄.) Nemo dubitat locuꝫ cordis inter
vbera eſſe. Dicit ergo. Inter vbera mea commorabitur
cor. ideſt in cordis mei memoria eternaliter habebitur
⁊ nunꝗ̄ tantorum beneficiorum eius obliuiſcar: ſed ſi
ue in proſperis ſiue in aduerſis ſim recordabor eius qui
me dilexit ⁊ mortuus eſt pro me. (Botrus cypri dilect'
meus mihi in vineis Engaddi.) Cyprus inſula eſt: vbi
vites nobiles eſſe feruntur maximos Botros procrean
tes. Engaddi: locus ſimiliter eſſe fertur habens arbu
ſculas liquorem balſami deſudantes. Loquitur ergo
Sponſa de reſurrectione Sponſi ſui: Botrus Cypri di
lectus meus mihi: ac ſi diceret: Spōſus meus qui mor
tis amaritudineꝫ pro me guſtauit: ⁊ q̄ſi faſciculus myr
rhe mihi fuit: ſed in reſurrectione ſua fact' eſt mihi bo
trus Cypri quando me gaudio ſue reſurrectionis letifi
cauit. Uinum enim letificat cor hominis: ⁊ hoc in vi
neis Engaddi: quia ex reſurrectione quaſi ſuauiſſimi
balſami odore per vniuerſum mundum redoluit ⁊ fra
grantiam ſue fidei late diſperſit. Engaddi autem fons

hedi interpretatur per quem ſignificatur baptiſma ⁊ ſacrificiuꝫ in quo omnia peccata abluuntur. Hedus nāqꝫ peccatores ſignificat. Baptiſmum ergo fons hedi eſt: quia peccatores ſuſcipit ⁊ maculatos ⁊ mundatos ab oībus peccatis reddit. Uox ſpōſi chriſti ad eccliam ſuā ſpōſam. (Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra.) Bis eam repetit eſſe pulchraꝫ ꝓpter ꝑfectionem oꝑis ⁊ mūditiaꝫ cogitationis. Ecce tu pulchra es: hoc eſt in bonis oꝑibus ꝑfecta es ſancte ⁊ iuſte ⁊ pie viuendo ſm Aplm. Ecce tu pulchra es mūdam ⁊ ſimplicem hñs cordis cogitationē atqꝫ intētionem: qꝛ non ꝓpter terrena cōmoda vel mūdi gloriaꝫ: ſed vt ſolis oculis dei placeas bona oꝑaris. (Oculi tui colūbaꝝ.) Colūba ſimpliciſſima auis eſt: per hāc ſimplicitas atqꝫ inocētia ecclie figuraſ. Quaſi enim oculos colūbaꝝ habet: qꝛ ab oī fictione ⁊ ſimulatione ſe imunē oſtēdit: vel etiaꝫ oculos habet colūbaꝝ: qꝛ ſcia diuinaꝝ ſcripturaꝝ: caſto ⁊ ſimplici intuitu ītelligit: ſpirituales ⁊ diuinos ſenſus in ea regrens: naꝫ qm̄ ſpiritus ſanctus in ſpecie colūbe apparuit recte doctrina celeſtis in oculis colūbe itelligitur. (Ecce tu pulcher es dilecte mi ⁊ decorus.) Poſtqꝫ ſpōſus ſpōſaꝫ ſuā de pulchritudine oꝑis ⁊ cordis laudauit: reddit ei vicē ſpōſa: ridens. Ecce tu pulcher ⁊c. ac ſi diceret tu qdē me pulchrā in oꝑe ⁊ cogitatione eſſe dicis: ſed ego oēm hanc pulchritudinē a te me credo habere ⁊ cognoſco: tu eniꝫ es pulcher ⁊ decorus: tu es fons totius boni ⁊ qcqd boni hēo tua grā hēo. pulcher autē ⁊ decorus dr̄ ga ⁊ diuinitatis ꝑpetuitate ⁊ etiā ſuſcepte hūanitatis dignitate mirabilis eſt. (Lectulus noſter floridus.) Lectulus eccleſie eſt q̄liſcūqꝫ trāquillitas ſvł reges preſentis vite. Nā q̄ſi in bello eſt eccleſia dū pro chriſto diuerſa tolerat certamina: quaſi vo in lectulo regeſcit cuꝫ aliquātula pace ſibi ꝯceſſa fruiſ. ſed hic lectulus eſt floridus: hoc eſt varietate virtutū quaſi vernātib⁹ floribus diſtincta eſt requies eccleſie: tūc enī liberius ꝯtēplationi diuine īſiſtit cū ieiunia vigilias ⁊ cetera bonoꝝ oꝑeꝝ exercitia liberius exeqtur. (Tigna domoꝝ noſtraꝝ cedrina: laquearia cypreſſina.) Domus eccleſie: ſunt fidelium ꝯuenticula per orbē totuꝫ diſperſa: Tigna vo ⁊ laquearia ſunt ipſe ꝑſone fidelium ex qbus eccleſia ꝯſtat. Sed attēdendum eſt ꝙ tigna ad munimētum domus ſunt: laquearia ad ornamētū. Ideoqꝫ per tigna deſignātur doctores quoꝝ doctrina fulcitur ⁊ ſuſtētaſ eccleſia: per laquearia vo ſancti ſimplicitate gaudētes: qui ſuis virtutib⁹ ornant eccleſiam: nō aūt muniunt doctrina: ⁊ hic attēdenduꝫ eſt ꝙ ſicut laquearia tignis adfixa ſūt: ſic ⁊ vita fideliū in eccleſia ex doctorib⁹ pendet: qꝛ illoꝝ doctrina inſtruiſ ⁊ roboraſ. Bene autē tigna cedrina ⁊ laquearia cypreſſina dicunſ. Naꝫ vtreqꝫ arbores imputribilis nature ſunt: ſanctos deſignātes qui imarceſſibili deſiderio flagrāt amore ſui ꝯditoris: ⁊ ꝯtēptis trāſitorijs ad eterna feſtinant. Cedrus etiā odore ſuo ſerpētes fugat: ſic ⁊ ſancti doctores demones vel hereticos fragrantia doctrine ſue repellunt.

Cap. II.

Ego flos cāpi: ⁊ lilium ꝯualliuꝫ. Sicut liliuꝫ inter ſpinas: ſic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna ſyluaꝝ: ſic dilectus meus īter filios. Sub vmbra illius quem deſiderauerā ſedi: ⁊ fruct⁹ ei⁹ dulcis gutturi meo. Introduxit me rex in cellā vinariaꝫ: ordinauit in me charitatē. Fulcite me floribus: ſtipate me malis: qꝛ amore lāgueo. Leua eius ſub capite meo: ⁊ dextera illius amplexabiſ me. Adiuro vos filie hieruſalē: per capreas ceruoſqꝫ cāpoꝝ: ne ſuſcitetis neqꝫ euigilare faciatis dilectaꝫ: quoadusqꝫ ipſa velit. Uox dilecti mei. Ecce iſte venit ſaliens in mōtibus: trāſiliens colles. Similis eſt dilect⁹ meus capree hinuloqꝫ ceruoꝝ. En ipſe ſtat poſt parietem noſtruꝫ: reſpiciens per feneſtras: ꝓſpiciēs per cācellos. En dilect⁹ meus loqtur mihi. Surge ⁊ ꝓpera amica mea: colūba mea: formoſa mea ⁊ veni. Iam enī hyems trāſijt: imber abijt ⁊ receſſit. Flores apparuerunt in terra noſtra: tēpus putationis aduenit. Uox turturis audita eſt in terra noſtra: ficus protulit groſſos ſuos: vinee florētes dederūt odorem ſuum. Surge ꝓpera amica mea: ſpecioſa mea ⁊ veni: colūba mea in foraminibus petre in cauerna macerie. Oſtēde mihi facieꝫ tuam: ſonet vox tua in auribus meis. Uox enī tua dulcis: ⁊ facies tua decora. Capite nobis vulpes paruulas que demoliunſ vineas. Nā vinea noſtra floruit. Dilectus meus mihi ⁊ ego illi: qui paſciſ inter lilia: donec aſpiret dies ⁊ inclinentur vmbre. Reuertere: ſimilis eſto dilecte mi capree hinnuloqꝫ ceruorum ſuper montes bethel.

Ipſe quoqꝫ Sponſus de ſe qualis ſit oſtēdit: poſtqꝫ ſpōſa qualem domū ipſa ⁊ ſpōſus eius habeāt oſtēdit: dicens. Ego flos cāpi ⁊ reliq. videlicet qꝛ odorē mee virtutis per latitudinē totius mūdi diffundo: ego ſum flos cāpi. i. decus mūdi. Sicut enim cāpus floribus adornaſ ⁊ vernat: ita totus mūdus chriſti fide ⁊ noticia decoraſ. Suꝫ etiā lilium cōuallium. Quia illis mētibus meā ꝑcipue gratiā tribuo: que nullā ſpem in ſe hñtes mihi ſe humili deuotione ſubmittūt. Cōualles enim ſignificāt humiles mētes: quaꝝ liliuꝫ chriſtus eſt: qꝛ pulchritudo humiliū mētiuꝫ: ipſe eſt qui dixit. Diſcite a me qꝛ mitis ſum ⁊ humilis corde. Poteſt ⁊ hoc qđ dicit: ego ſuꝫ flos campi. ad incarnationē referri. Cāpus enī nō aratur: nō ſcinditur: non vllo vomere ꝓſulcatur. Dicit ergo. Ego ſum flos cāpi. ideſt filius ꝟginis. Non ergo ruris ſed campi ſe florē vocat: qꝛ virginee carnis fructus eſt ſm vaticinium Iſaie. Egredieſ virga de radice ieſſe: ⁊ flos de radice eius aſcēdet. Lilium cōualliuꝫ eſt chriſtus: hoc eſt filius humiliuꝫ parētū. Cōualles enī humiles parentes ei⁹: ⁊ pauꝑes ſignificāt. Ueniens enī filius dei in mundum: nō ſolum homo fieri dignatus eſt: ſed etiā pauper homo pro nobis. Nec diuites ſed pauꝑes elegit habere parētes: vt particeps factus paupertatis noſtre: diuitiaꝝ ⁊ glorie ſue nos participes faceret. (Sicut liliū inter ſpinas: ſic amica mea inter filias.) Uidens ſpōſam ſuā ad regem feſtinare ⁊ labores refugere: ac per quieteꝫ pñtis tpis ad eternā beatitudinē tēdere: monet eam tali cōparatione vt nouerit ſe per preſſuras ⁊ labores huius ſeculi illuc ꝑuenire debere. Sicut inquit lilium eſt īter ſpinas: ſic amica mea īter filias. Spine que pūgunt ⁊ lacerant ſignificāt ꝑuos quoſqꝫ vel intra eccleſiā vel extra eccleſiam: ⁊ eſt ſenſus. Sic tibi viuēduꝫ eſt ⁊ ſic parata debes eſſe ꝯtra oīa aduerſa: ſicut lilium īter ſpinas eſt: ⁊

tamen florere ⁊ gratū odorem ex ſe emittere nō ceſſat. Sic amica mea inter filias:q̄ꝛ nō ſolū ab his qui extra eccleſiaꝫ ſunt mala patitur:verū etiā ab illis qui generati per baptiſmuꝫ in filiationē dei veniſſe videnť. Et nota ꝙ ſe ſuperius ſpō ſus liliū appellauit ꝯualliū:nūc ſponſam ſuā dicit quaſi lilium inter ſpinas:q̄ꝛ ipſe qui vere eſt liliū per gratiā facit eccl'iaꝫ ſuā eē liliū:cādidā videlicet virtutibus vel ab omni vitioꝝ labe imunē. (Sicut malū inter ligna ſiluaꝝ. ſic dilectus meus iter filios.) Nunc ſponſa laudata a ſponſo vicē ei reddit ⁊ dicit qualis quoqꝫ ſit ipſe:Sicut inquit malū inter ligna ſyluaꝝ ſic dilectus meus inter filios. Sicut malū pulchritudinē habet pomoꝝ ⁊ gratū odorē inter agreſtia ligna ſyluarū:ita mediator dei ⁊ hominū chriſtus Jeſus ſpirituali refulget gratia inter filios dei ⁊ inter electos. Ipſe enim per naturā dei filius eſt:reliqui electi per gratiam:poteſtate accepta ab vnico filio dei:vt ſint filij dei. Hinc Joānes dicit. Vidimus gloriā eius gl'iā quaſi vnigeniti a patre. Nō qualēcunqꝫ ſed quaſi vnigeniti a patre.(Sub vmbra illius quem deſiderauerā ſedi.) Quia in eius protectione cōfido:⁊ ab eo inter aduerſa gubernari ſpero. Umbra enī chriſti protectio diuinitatis eſt:qua electos tueť ⁊ defendit.(Fructus eius dulcis gutturi meo.) ideſt diuinitatis cōtemplatio qua me ſatiari confido. Hec eſt enim ſanctoruꝫ expectatio:hec eſt etiā ſatietas ⁊ premiū:viſio conditoris. Deſiderat ergo vmbram conditoris ſui eccleſia:q̄ꝛ protectionē illius exoptat inter preſentis vite aduerſa. Fructus illius dulcis gutturi meo eſt:q̄ꝛ expectat perfrui ſpecie viſionis illius ⁊ ſatiari dulcedine claritatis eius.(Introduxit me rex in cellā vinariā:ordinauit in me charitatē.) Cella vinaria eccl'ia eſt:in qua eſt vinū euangelice doctrine. In hanc ergo cellā amica ſponſi introducitur. Quādo ex omnibus gentibus in vnā eccleſiaꝫ fideles adunanť. Ordinauit inquit in me charitatem. Inter omnes virtutes ꝑmatū tenet charitas:qua ipſa ſubſiſtit eccleſia. Charitas ergo in eccleſia ordinať: q̄ꝛ non temere non cōfuſe:ſed ordinate tenenda eſt oīs dei ⁊ ꝓximi dilectio. Deus enī eſt diligēdus ſuꝑ omnia toto corde:tota anima:oībus viribus:omni mēte. Proximus diligendus eſt ſicut ſe vnuſquiſqꝫ diligit. Nam confundere vult charitatē qui proximi charitatē dilectioni dei ꝑponit. de quibus dominus in euangelio ait. Qui amat patrē aut matrē pluſquam me:nō eſt me dignus. Uel etiā ordinauit in me charitatē. i. ipſe ꝑor me dilexit: deinde qualiter eū diligere deberē docuit. vn̄ ipſe dicit. Nō vos me elegiſtis:ſed ego elegi vos. Nāqꝫ in euangelio dicitur. Ipſe pater amat vos:quia vos me amaſtis. Nō ita putandū tanq̄ꝫ amor diſcipuloꝝ ꝑceſſerit amorē diuinū:ſed ita potius ꝙ deus primo diſcipulos amauerit illi vō ſubſequenter grām habentes diuino amori:maiori dilectione ſe dignos fecerūt. Et Joannes dicit. Diligam⁹ deū:qm̄ ipſe ꝑor dilexit nos.(Fulcite me floribus:ſtipate me malis:q̄ꝛ amore langueo.) Poſtq̄ꝫ eccleſia vł anima deo dilecta in ſe charitatē ordinatā dixit. qualiter velit requieſcere vel in quo lecto ſponſo ſuo pauſare oſtēdit ſubdēs. Fulcite me florib⁹: ⁊ reliqua. Alloquitur animas iā perfecte diuino amori inherentes. Per flores initia ſancte ꝯuerſatiōis intelliguntur:per mala vō perfectio bonoꝝ operū. Et eſt ſenſus. O ſancte anime:que iaꝫ dilectioni cōditoris veſtri inheretis:fulcite me bonoꝝ veſtroꝝ exēplis:⁊ qualiter in exordio virtutuꝫ vel in prouectu:vel in perfectione bonoꝝ operū vixeritis oſtēdite:q̄ꝛ amore lāgueo. Tūc enim anima amore dei languet:quādo eius dilectioni nihil ꝑponit:immo quaſi ad ſeculi opera:lāguida ⁊ imbecillis efficiť:nihilqꝫ eam delectat niſi meditatio celeſtium ⁊ ꝯtemplatio ꝯditoris ſui.(Leua eius ſub capite meo ⁊ dextera illius amplexabiť me.) Cuꝫ inquit tali in lecto iacuero:leua eius. i. ſponſi erit ſub capite meo. Per leuā preſentis temporis proſperitas:vel etiā dona dei intelliguntur:que ſanctis in preſenti conferūtur. Per dexterā vō. beatitudo celeſtis patrie accipiť. Leua dei ſunt pignora ſpiritus ſancti ⁊ ſcripturarū diuinarū intellect⁹ ⁊ cetera dona ac chariſmata q̄bus ſancta eccl'ia in preſenti ꝯſolať. Caput ꝑncipale mētis accipiť. Leua ergo ſponſi ſub capite ſponſe eſt:q̄ꝛ hec omnia dona ad hoc percipit eccleſia vł anima fidelis vt per hec diſcat ſuſpirare ad eterna. Dextera vō ſponſi eam amplexať: quia tota intentio eccleſie vel anime fidelis hec eſt vt ad eternā beatitudinē quādoqꝫ perueniat:⁊ ſpe ſui cōditoris gaudeat. Et bene prius leua ſub capite:poſt ſpōſi dextera eaꝫ amplectiť:q̄ꝛ nemo ad amplexus eterne beatitudinis poterit peruenire niſi hic myſterioꝝ celeſtiū ⁊ donoꝝ diuinoꝝ ſtuduerit eē particeps.(Adiuro vos filie Hieruſaleꝫ per capreas ceruoſqꝫ cāpoꝝ vt nō ſuſciteris neqꝫ euigilare faciatis dilectā meā quoaduſqꝫ ipſa velit.) Uox ſponſi adiurātis filias Hieruſalē. i. animas eternis deſiderijs intentas:⁊ viſionē pacis requirentes:ne quieſcentē ſponſam ſuſcitent ⁊ inquietēt inquit adiuro vos iquit filie Hieruſalē ⁊ reliqua vſqꝫ dilectā hoc eſt:ne animā diuine cōtemplationi deditā: orationibus vel lectionibus diuinis occupatā inquietare ⁊ ad exteriora opa ſuſcitare velitis donec ipſa velit. hoc eſt donec expleto ꝯtemplationis tēpore:ammonente corporis fragilitate ipſa velit ſuſcitari a ſomno inter ne quietis ⁊ ad tēporalia agenda ꝓcedere. Videam⁹ autem per quid adiuret filias Hieruſaleꝫ:per capreas ceruoſqꝫ campoꝝ. Capree ⁊ cerui mūda animalia ſunt ſerpētibus ⁊ venenis inimica:⁊ ſignificantur virtutes ſanctoꝝ:que mūditia ſpirituali refulgent:⁊ venena fraudis diabolice nō ſolū cauent:verū etiaꝫ inſectanť:⁊ ad nihilū redigūt. Et eſt ſenſus. Adiuro vos filie Hieruſalem per virtutes veſtras quas vobis diuina gratia collatas gaudetis vt animā ꝯtemplationi mee intentā nō inquietetis donec ꝯtemplatiōis hora finita:ipſa aliud q̄d agere velit. vox eccleſie.(Uox dilecti mei.) Subaudi hec eſt. Letabūda eniꝫ eccleſia ꝙ tantū diligitur a ſponſo vt etiā pro illa filias Hieruſalē adiuret vt nō eam regeſcentē inquietent:dicit. Hec vox dilecti mei pro me loquētis:quē dilectū videre deſiderans ſed nō valens annectit.(Ecce iſte venit ſaliens in montibus tranſiliens colles.) Mōtes ⁊ colles intelliguť perfecti:quiqꝫ ſancte conuerſationis ſublimitate a terrenis ſubleuati ſūt ⁊ quaſi cāpoꝝ planitiē melioris vite meritis excedētes. De his quoqꝫ mōtib⁹ Iſaias dicit. Erit mons domus domini ꝑparat⁹ in vertice montiū ⁊ eleuabitur ſuper colles. Loquiť ergo ſpōſa de dilecto ſuo. Ecce iſte venit ſaliens in mōtibus ⁊ tranſiliens colles hoc eſt etiam ſm̄ humanitatem omnē ſanctoꝝ excellentiā:omnē contemplationis vite puritatē excedens. Nec ſtare in montibus ſed trāſilire diciť:q̄ꝛ ⁊ ſi ad horam per internā inſpirationeꝫ cor ſanctoꝝ viſitet:ſubito tn̄ recedit vt eos amplius in ſui dilectionē accēdat. Poteſt etiā h̄ ad icarnationē chriſti referri:q̄ꝛ veniēs quoſdā ſaltus dedit:q̄ꝛ de celo venit in vterū virginis. De vtero virginis in preſepe:de preſepe ad baptiſmuꝫ: de baptiſmo ad cruceꝫ:de cruce ad ſepulchrū:de ſepulchro ad celum. Hinc ⁊ pſalmiſta. Exultauit vt gigas:⁊ reliq̄.(Silis eſt dilect⁹ me⁹ capree hinuloqꝫ ceruoꝝ.)

Capree ⁊ cerui quāuis in ſua natura multa habeāt: que allegoricis ſenſibus cōueniant: hoc tamen habent ſingulare ꝙ nō in planioribus imorantur: ſed in arduis et excelſis locis: ⁊ ꝙ quoſdā ſaltus dare ſolent. Recte ergo his aſſimilatur chriſtus propter ſubtilem cōtemplationem: ⁊ qꝛ nullo intellectu diuinitatis eius maieſtas cōprehēdi poteſt. Nō aūt ceruis aſſimilat̄: ſed capreis minoribus: videlicet animātibus propter humilitatez incarnationis ſue: qꝛ nō ſolum homo fieri: ſed etiā humilis homo fieri dignatus eſt. Hinnulo aūt ceruoꝝ ſimilis dicitur: qꝛ ſm̄ humanitatem de ceruis: hoc eſt de patriarchis duxit originē. Unde ⁊ Paulus dicit. Memor eſto dominū Jeſuz reſurrexiſſe a mortuis ex ſemine Dauid ſm̄ euangeliū meuz. Uel etiā propter varietatem virtutum ⁊ innocentiā hinnulo ceruoꝝ comparatur. (En ipſe ſtat poſt parietez noſtrū: reſpiciens per feneſtras: proſpiciens per cancellos.) Paries mortalis noſtra ꝯditio appellat̄: que quodāmō inter nos ⁊ deuz quaſi craſſus quidam paries conſtitutus nō permittit nos eius ꝯtemplatione frui. Nam primus homo conditus eſt vt viſione ⁊ alloquio dei frueret̄: ſed poſtq̄ peccauit: appoſit⁹ eſt qdā paries ipſa videlicet mortalitas qua pregrauamur. Naz vt ſapiens dicit: corpus qd̄ corrumpit̄ aggrauat animā: ⁊ deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantē. Sponſuz ergo ſuū quez ſuperius capreis: vl̄ hinnulis ceruoꝝ comparauit nūc dicit poſt ſuum parietem ſtare: qꝛ chriſtus aliquādo vicinus fit ei cui ſe quantū humana mens capit ꝯtemplari permittit. Aliquādo v̄o elongat̄ ⁊ quaſi caprea vel ceruus quibuſdaz ſaltibus effugit. Quia ergo paries appoſitus erat inter nos ⁊ ipſuz: nec videre illū poteramus: dignatus eſt in ipſo pariete facere feneſtras ⁊ cācellos per quos vtcumqz ſentiri: vtcūqz perſpici poſſit. vnde ⁊ ſequit̄. Reſpiciens per feneſtras: proſpiciēs per cācellos. Quaſi enim feneſtre ⁊ cancelli in pariete fiunt cuz ipſe ſua gratia ſe contemplari permittit: lz in ſpeculo ⁊ enigmate. Poteſt etiam hoc qd̄ dicit: ipſe ſtat poſt parietem noſtrū: ad humanitatem eius referri: quaſi eniz poſt parietē noſtrū ſtetit: qꝛ carnē noſtraz ſibi oppoſuit in qua diuinitas eius latuit. Qd̄ v̄o ſequitur reſpiciens per feneſtras: proſpiciens per cancellos. hoc ad diuinitatem eius refert̄. Ille eni qui per feneſtras vel per cācellos intuitur: cuncta que foris aguntur videt: ⁊ ipſe a nemine videt̄. Ita deus cuz omnia videat ⁊ omnia perſcrutet̄ ipſe inueſtigari ⁊ cōprehendi nō pōt. (En dilectus meus loquit̄ mihi.) Ad predicandum hortat̄ me dicēs (Surge propera amica mea: colūba mea: formoſa mea ⁊ veni.) Uox ſponſi ad publice ꝯꝑationis ſtudia prouocatis. Surge propera amica mea per fidez ⁊ dilectionem: columba mea per innocentiam ⁊ ſimplicitatē: formoſa mea per virtutū pulchritudinē: feſtina ⁊ veni: ac ſi diceret. Surge de ſtratu tuo illo tibi dulciſſimo ħ eſt de quiete in qua mihi ſoli placere in pſalmis hymnis ⁊ oratiōib⁹ deſideras. Feſtina ⁊ veni. i. feſtina ad vtilitatē proximoꝝ vt illos quoqz per predicatiōis officium ⁊ bonoꝝ opeꝝ exempla tui imitatores facias ⁊ ad ſalutē perducas. Et notādū ꝙ ſuperius filias Hieruſalē adiurabat ne ſuſcitarēt neqz euigilare facerēt dilectam: hic v̄o ipſe eam ſuſcitat: ſurgere ad laborē hortatur: qꝛ omnia tempus habent: ⁊ omni rei eſt tempus ſub celo. Tempus contemplationis: tempus etiā actionis. Alio enim tempore debent ſancti predicatores diuine contemplationi inſiſtere ⁊ mentē ſuaz celeſti quiete oblectari: alio v̄o tempore per charitatez debent curam proximorum agere: ⁊ eis bonoruz operū exempla prebere: ac diuine ꝯtemplationis doctrinā impendere. (Jā enim hyems trāſijt: imber abijt ⁊ receſſit.) Hyemis ⁊ imbris nomine aſperitas infidelitatis exprimit̄ que totū mundum tenebat vſqz ad aduentuz chriſti. Dicit ergo ſpōſus. Surge amica mea ⁊ veni: qꝛ hyems trāſijt ſole iuſtitie apparente: ⁊ imber infidelitatis receſſit: ac ſerenitas vere fidei in mūdo reſplēduit. Tale eſt ꝙ apoſtolus ait. Nox preceſſit dies autem appropinquauit. (Flores apparuerūt in terra noſtra: tempus putatiōis aduenit.) Finita hyeme ⁊ imbre flores in terra apparuerunt: decor videlicet virtutū ⁊ pudicitie: ⁊ tranſeunte aſperitate infidelitatis verna fidei ſucceſſit temperies. Tempus putationis aduenit: hoc eſt purgationis ſanctoꝝ. Putatio enim vineaꝝ: ſanctoꝝ ſignificat purgationē: que in chriſto ⁊ per chriſtū eſt: de qua ipſe ait. Ego ſum vitis vera ⁊ vos palmites: omnem palmitem in me non ferentē fructū tollet eum pater meus: ⁊ qui fert fructū purgabit eum vt plus afferat fructū. (Uox turturis audita eſt in terra noſtra.) Hoc eſt vox p̄dicātiuz apoſtoloꝝ. Turtur enim que auis eſt caſtiſſima et que in excelſis ſemper ⁊ in arboribus morari ſolet ⁊ nidificare: apoſtolos vel ceteros doctores ſignificat qui poſſunt dicere. Noſtra ꝯuerſatio in celis eſt: ꝙ etiā gemitū pro cantu habet: ſanctoꝝ ploratū ſignificat: quiqz ſuos ad fletuz ⁊ lamēta hortant̄ dicētes. Miſeri eſtote ⁊ lugete vt luctus veſter in gaudiū ꝯuertatur. Uox turturis audita eſt in terra noſtra. i. vox predicantiuz apoſtoloꝝ: in terra noſtra: hoc eſt in eccleſia. de qua pſalmiſta. Domini eſt terra ⁊ plenitudo eius. (Ficus protulit groſſos ſuos.) Per ficus ſynagoga deſignat̄. Groſſi aūt dicuntur primitiue ⁊ imature ficus inhabiles ad edendum: que ad pulſum venti facile cadunt. voce autē turturis inſonante ficus protulit groſſos ſuos: qꝛ apoſtolis predicantibus emerſerunt multi de ſynagoga iudeorū qui ⁊ chriſtum crederent: ⁊ tamen legem carnaliter obſeruare vellent: magiſqz auctoritate legis delectarētur q̄ȝ dulcedine euangelij. volentes circumciſionē ⁊ ſabbatum ⁊ alia legis precepta iuxta litteram obſeruare: de quibus apoſtolus dicit Emulātur vos nō bene: ſed volunt vos circumcidi vt in carne veſtra glorientur. (Uinee florētes dederūt odorem ſuum.) Poſtq̄ȝ turturis vox audita eſt: poſtq̄ȝ ficus protulit groſſos ſuos: vinee florentes dederunt odorem ſuū: qꝛ multitudo eccleſiarum per latitudinē orbis diffuſa eſt: que flores virtutū ⁊ odorem bone opinionis late de ſe ſpargunt. (Surge amica mea ſponſa mea: ⁊ veni colūba mea in foraminibus petre: in cauerna macerie.) Uocat iterato ſponſus amicaz ſuam ⁊ dicit. Surge amica mea: ſponſa mea: ⁊ veni. Noli inquit ſponſa mea quā mihi per fidem ⁊ dilectionē amicā feci ocioſo torpore lenteſcere: ſed ſurge ⁊ veni ⁊ exempla virtutū foris ꝓximis prebe. Columba mea in foraminib⁹ petre: ſi petra eſt chriſtus iuxta qd̄ apoſtolus ait. Petra autez erat chriſtus. foramia petre ſunt vulnera: que pro ſalute noſtra in cruce ſuſcepit fixuram videlicet clauoꝝ: lancee percuſſuram. In his ergo foraminibus colūba. i. eccleſia moratur: qꝛ totam ſpem ſalutis ſue in paſſione ſui redemptoris cōſtituit. Ibi ab inſidijs malignoꝝ ſpirituuz quaſi a raptu accipitris ſecura deliteſcit: ibi nidificat. i. fetus bonoꝝ operum cōgerit. In cauerna macerie. Macerie ꝯſtruunt̄ ex viminibus vel ex ſiccis lapidibus ad munimēta vineaꝝ ad repellendas vulpes vel ceteras nociuas beſtiolas. Per macerā ergo ſignificat̄ celeſtiuz cuſtodia preceptoꝝ vel virtutū vel angelicū preſidiū: ſicut Iſaias de domini vinea ait. Et maceria circumdedit ⁊ circumfodit eam.

fodit eam. In cauerna ergo macerie moratur: quia preſidio angelorum vndiq; circundatur ⁊ a temptationibus cuſtoditur. (Oſtende mihi faciem tuam: ſonet vox tua in aurib⁹ meis: vox enĩ tua dulcis: ⁊ facies tua decora.) Tu inquit dilecta mea que in lecto contemplationis dulciſſime requieſcis: veni ⁊ oſtende faciem tuam mihi: ⁊ a ſecreto quietis egredere ad publicam actionem: ⁊ pulchritudinem bonorum operum tuorum alijs ad exemplum demonſtra. Oſtende mihi dicit quaſi deo. Deo enim ſuam faciem oſtendit eccleſia cum proximis ad vtilitatem ⁊ profectum virtutum quantam intrinſecus habeat pulchritudinẽ inſinuat. Hoc eſt quod dominus dicit in euangelio. Videãt opera veſtra bona: ⁊ glorificent patrem veſtrum. Sonet vox tua in auribus meis: vox videlicet predicatiõis vel diuine laudis qua alios facias proficere. In auribus enim dei vox eccleſie ſonat: cum predicatione ex multorum conuerſione delectatur deus. Bene autem dicit faciem tuam: ⁊ vox tua: non aliena. Illam videlicet faciem mihi oſtende quã in baptiſmo tibi dedi quãdo mundaui te ab omni peccato: vox tua dicit in aurib⁹ meis ſonet vt ex ſyncera intentione dilectionis mee procedat: vt non propter aliud predices niſi propter me. (Capite nobis vulpes paruulas que demoliuntur vineas: nam vinea noſtra floruit.) Vox ſponſi precipientis ſponſe ſue ⁊ filiabus Hieruſalem: ſanctis videlicet doctoribus vel animab⁹ fidelib⁹. Capite inquit nobis vulpes paruulas. Vulpis doloſum eſt animal ⁊ fraudulentum in cauernis ⁊ ſpecubus habitans: nec recto: ſed tortuoſo incedens itinere. Ideoq; deſignat hereticos ⁊ ſciſmaticos qui demoliuntur vineas: hoc eſt eccleſiaz dei: plebem videlicet fidelium lacerare ⁊ decipere non ceſſantes. Precipit ergo vt paruulas vulpes capiant: ideſt vt hereticam prauitatem in ipſo initio debellare ⁊ deſtruere nõ ceſſent: ne robuſta facta fortius eccleſiam impugnet. Nam vinea noſtra floruit: ideſt eccleſia per vniuerſum mundũ flores virtutum emiſit. Et nota cũ ſuperius vineas pluraliter dixerit: modo dicit ſingulariter vinea noſtra floruit: quia ex m̃ltis eccleſijs vna eſt electa eccleſia. (Dilectus meus mihi ⁊ ego illi: qui paſcitur inter lilia donec aſpiret dies ⁊ inclinentur vmbre.) Vox ſponſe. Dilect⁹ meus mihi: ſubaudi ſocietur vinculo charitatis ⁊ amoris: ⁊ ego illi coniũgar ⁊ ꝯſociabor viciſſitudine mutue dilectiõis. Vel dilectus meus: ſubaudi det mihi verba exhortationis ⁊ diuine ꝓmiſſionis: ⁊ ego ſubaudi oſtẽdam illi faciem meam. Vel etiam dilectus meus mihi dignetur coniungi glutino charitatis: ⁊ ego illi cõiũgar vinculo digne obedientie obtemperans preceptis illi⁹. Qui paſcitur inter lilia: hoc eſt delectatur ⁊ iocundatur inter candidas ⁊ odoriferas virtutes ſanctorum: Et hic notandum ꝙ ſuperius dixit lilium: hic vero pluraliter lilia: quia multe ſunt virtutes ſanctorum: vna tamẽ fides eſt: ⁊ vna charitas: qua precipue delectatur deus. Siue etiaz paſcitur inter lilia: hoc eſt ſuauiſſime delectatur inter choros virgineos. Candor enim liliorum: recte mundicie virginali comparatur. donec aſpiret dies: hoc eſt donec tranſeant nebule preſentis vite: ⁊ appareat dies. Hoc eſt veniat claritas ſempiterne beatitudinis. Et eſt ſenſus. Dilectus meus mihi preſtat auxilium: ⁊ ego illi dignam prebeo obedientiam: qui virtutibus ſanctoruz delectatur quouſq; tranſcurſa nocte preſentis vite in qua per ſpeculum ⁊ in enigmate cernitur appareat dies ſuperne claritatis vt facie ad faciem videat. (Reuertere dilecte mi: ſimilis eſto capree aut hinnulo ceruoruz ſuper montes Bethara.) Vox eccleſie ſponſi ſui ſpeciez deſiderantis. O dilecte mi: qui me de lecto quietis ſurgere precipis ⁊ vt tibi faciem meaz oſtendam hortaris reuertere: hoc eſt claritatem diuinitatis tue me perſpeculari permitte: ⁊ hoc qđ mihi perfecte promittis in alia vita beatitudinez videlicet tuã: in hac adhuc peregrinatione me ſaltem in figura ⁊ enigmate habere ꝑmitte. Similis eſto capree aut hinnulo ceruorum ſuper montes Bethara. Iam dictuz eſt ſuperius ꝙ capree campos deſpiciunt ⁊ ad alta montiũ enituntur: Chriſtus ergo capreis comparatur: quia ſm̃ carnem reſurgens a mortuis celoruz alta petijt. Hinnulus vero ceruorum vocatur: hoc eſt filius antiquorum patrum. Cerui eniz ſunt patriarche ⁊ prophete de quibus chriſtus carnis originem duxit. Fertur hinnulus hanc habere naturaz: vt feruente ſole vmbroſa ⁊ opaca loca requirat in quibus ab eſtu protegatur: ſic ⁊ Chriſtus in eorum mentibus requieſcit qui rore ſpiritus ſancti ab eſtibus carnalium voluptatum temperantur: ac ſi diceret. O dilecte: reuertere: hoc eſt me ſepius tua viſitatione illuſtrando letifica: qui per carnem quã aſſumpſiſti iam celorum ſublimia penetraſti. Montes autez Bethara: mentes ſignificant ſanctorum a terrenis per ſuperna deſideria eleuatas. Nam Bethara interpretatur domus conſurgens: vel domus vigiliaruz. Vigilie mentes ſanctorum ſignificant que ad deſideranda ſuperna conſurgunt ⁊ ad ea percipienda inuigilant. Quidaz codices habent ſuper montes bethel: Bethel interpretatur domus dei: apte mentes ſanctorũ ſignans que domus dei ſunt: habentes in ſe deum inhabitatorem: qui dicit per prophetam. Inhabitabo in illis ⁊ inambulabo. Super has ergo mentes dilectus ſimilis eſt capree hinnulo ceruorum: quia illas viſitare eſt dignatus que domus dei eſſe ſtudent.

Cap. III.

In lectulo meo per noctem queſiui quem diligit anima mea. Queſiui illum ⁊ non inueni. Surgaz ⁊ circuibo ciuitatem per vicos ⁊ plateas: queram quem diligit anima mea. Queſiui illum ⁊ nõ inueni. Inuenerunt me vigiles qui cuſtodiũt ciuitatem. Num quem diligit anima mea vidiſtis? Paululum cum pertranſiſſem eos: inueni quez diligit anima mea. Tenui eum nec dimittam: donec introducam illum in domũ matris mee: ⁊ in cubiculum genitricis mee. Adiuro vos filie hieruſalem per capreas ceruoſq; camporuz: ne ſuſcitetis: neq; euigilare faciatis dilectaz donec ipſa velit. Que eſt iſta que aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatib⁹ myrrhe ⁊ thuris: ⁊ vniuerſi pulueris pigmentarij? En lectuluz Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis iſrael: omnes tenentes gladios: ⁊ ad bella doctiſſimi. Vniuſcuiuſq; enſis ſuper femur ſuum: propter timores nocturnos. Ferculum fecit ſibi rex Salomon de lignis libani. Columnas eius fecit argenteas: reclinatorium aureum: aſcenſum purpureum: media charitate con-

ſtrauit propter filias hieruſalez. Egredimini filie ſion: ⁊ videte regem Salomonē in diademate: quo coronauit illum mater ſua in die deſponſatiōis illius ⁊ in die letitie cordis ei⁹.

VOx eccleſie de gentibus ꝯgregate. In lectulo inquit meo: hoc eſt cum adhuc in deſiderijs carnalibus requieſcerem: ⁊ cum adhuc in tenebris infidelitatis ⁊ ignorantie poſita eſſem queſiui quē diligit anima mea. Multi enim philoſophoꝝ deum ignorantes: ſūmo tamē ſtudio illum requirebant: per creaturas. Creatorez volentes cognoſcere. Sicut Plato qui in timeo multa de anima diſputauit: ⁊ ſicut Ariſtoteles ⁊ Socrates ⁊ ceteri qui omne vite ſue tempus in ſtudijs exquirende veritatis expendebant. Queſiui illū ⁊ non inueni. Non enī per mundanā ſapientiā deus cognoſci potuit. (Surgā ⁊ circuibo ciuitatez per vicos ⁊ plateas queram quem diligit anima mea: queſiui illū ⁊ non inueni.) Exurgā inquit de ſtratu corporis ⁊ carnalis delectationis: ⁊ circuibo ciuitatem huius mundi maria ac terras peragrando per vicos ⁊ plateas: querā quem diligit anima mea: hoc eſt per lata itinera gradientes huius ſeculi ⁊ ſuis voluptatibus deditos aſpiciaz ſi forte in illis dilecti mei veſtigia aſpiciā. Hoc cū cauſa exempli de multis dici poſſit: precipue in illo Eunucho impletū eſt qui a finibus terre venit deum celi Hieroſolymis adorare quem Philippus inuenit: eiq; chriſtū in prophetia Iſaie oſtendit. Hoc quoq; in Cornelio adimpletū eſt: qui adhuc paganus ⁊ ignorans deuz: elemoſynas faciebat: ⁊ orationibus vacabat: quem Petrus cū domo ſua baptizauit. Iterat adhuc difficultatez intentionis ⁊ dicit: Queſiui illū ⁊ nō inueni. (Inuenerunt me vigiles qui cuſtodiunt ciuitatez.) Uigiles ſunt ſancti apoſtoli ⁊ ceteri doctores eccleſie qui ciuitatem. i. ſanctaz eccleſiaz cuſtodiunt ⁊ ab inſidijs ſpiritualiū hoſtiuz defendunt quos īterrogat. (Nū quē diligit anima mea vidiſtis?) Quaſi vigilās eccleſia interrogat cuz intenta aure eoꝝ predicationem percipit. (Paululū cum pertranſiſſem eos inueni quem diligit anima mea.) Pertranſire vigiles eſt eoꝝ dicta ⁊ doctrinam diligenter perſcrutari. Solemus nāq; dicere tranſcurri libruz legens vel pertranſiui. Cum inquit pertranſiſſem eos inueni quez diligit anima mea: quia cum ſollicita meditatione dicta vel ſcripta ſanctoꝝ requirimus: ſtatim dilectum inuenimus: quia deuz in eoꝝ dogmatibus repperimus. Poteſt ⁊ ſic intelligi: cum pertranſiſſem eos inueni quem diligit anima mea: hoc eſt cum intellexiſſem chriſtum omnem ſublimitatē ⁊ gratiā ſuperare: tunc inueni quē diligit anima mea: hoc eſt tunc vere intellexi quātum ipſe a ceteroꝝ ſanctoꝝ meritis diſtet. (Tenui eum nec dimittam donec introducā illū in domū matris mee ⁊ in cubiculū genitricis mee.) Hoc eſt ardētiſſima fide ⁊ deuotione illi inheſi nec dimittā eū: ſed in eius amore ⁊ fide perſeuerabo: donec introducā eum in domum matris mee ⁊ in cubiculū genitricis mee: hoc eſt donec illum ſynagoge que eſt mater mea ſpiritualiter ꝑdicez vt eam quoq; ad eius fidem perducā. hoc fiet in die iudicij quando (vt Apoſtolus ait) Cuz plenitudo gentiū intrauerit tunc omnis Iſrael ſaluus erit. Tantuz ergo ſibi de charitate ſponſi ſui promittit eccleſia: vt etiam ſe credat ſynagogā poſſe conuertere. Qz autem dicit donec introducam eum. non eſt putanduz ꝙ tunc relictura ſit illum cū in cubiculū matris introduxerit: ſed donec pro ſempiterno ponitur. i. ſemꝑ illi inherebo: ſemꝑ in eius fide ⁊ dilectione perſeuerabo. Taliter ⁊ in pſalmo. Ita oculi nr̄i ad dominū deū nr̄m donec miſereat̄ noſtri. Nūquid poſtq̄ꝫ noſtri miſertus fuerit nō erunt oculi noſtri ad eū? Utiq; erunt. (Adiuro vos filie Hieruſalem per capreas ceruoſq; campoꝝ ne ſuſcitetis: neq; euigilare faciatis dilectam donec ipſa velit.) Bis repetitur iſte verſiculus. Nam ſuperius poſitus eſt: ſed ſupra ad eccleſiam primitiuā de iudeis collectā pertinet. Hic vero ad eccleſiam de gentibus congregatam ⁊ amoris vinculo chriſto arctius copulatam. vna eniz eademq; cura eſt deo de ſanctis qui vel in circūciſione vel etiaz in tempore baptiſmatis coruſcante gratia euangelij illi placuerunt. Quia vero ſupra iſte verſiculus expoſitus eſt. Iam hic videndū eſt quare velut dormientez inducat eccleſiam: vnde ⁊ adiurat filias Hieruſalē ne eam excitent: cum paulo ſuperius non dormientez vel quieſcentem: ſed ſtudio laborioſiſſime inquiſitionis inſiſtētez qua ſponſuz inquirebat introducat. Si ergo requirebat ſpōſuz: quo modo requieſcebat? Sed dulciſſim⁹ ⁊ ſuauiſſimus eſt ſomnus: chriſtuz querere. Dormit ergo eccleſia ⁊ ſponſum querit: dormit videlicet a deſiderijs terrenis: ab actibus ſeculi: vigilat autem ⁊ requirit ſponſum: qz eius cōtemplationi inheret: cum ſolū deſiderat ⁊ ad illum peruenire cōtendit. Adiurat ergo ſpōſus filias Hieruſalem animas videlicet deſiderijs terrenis cōtēptis superne patrie inhiantes: ne illā excitēt ab hoc ſomno ſuauiſſime quietis ⁊ cōtemplationis donec ipſa velit. Somnus autē merito amor appellatur: qz ſicut dormiens a viſibilibus oculos claudit ⁊ inuiſibilia contemplat̄: ita is qui diuine cōtemplationi inſiſtit quaſi alienus eſt ⁊ dormit exterioribus ſola ſpiritualia ⁊ celeſtia videns. Nec miruz ſi amor ſomnus vocat̄ cum in ſequentibus mors appellatur vbi dicit̄. Fortis eſt vt mors dilectio. Cū autē dicit donec ipſa velit: oſtēdit eccleſiam de gentibus voluntarie ſe preparaturam ad labores ⁊ ꝑſecutiones pro chriſto perferēdas. (Que eſt iſta que aſcendit per deſertū ſicut virgula fumi ex aromatib⁹ myrrhe ⁊ thuris ⁊ vniuerſi pulueris pigmētarij.) Uox filiarum Hieruſalem. i. ſanctoꝝ primitiue eccleſie admirantiū pulchritudinem eccleſie ex gentibus ꝯgregate. Que eſt inquit iſta. que. i. qualis: quanta laude ⁊ admiratione digna: que nō circūciſione mūdata nec adhuc baptiſmo ſanctificata iam currit ad deū. Aſcendit inquit per deſertū: hoc dicit̄ ad imitationem plebis priſce iudaice que liberata de egyptiaca ſeruitute per deſertū mari rubro trāſito venit ad terrā repromiſſionis. Hic etiā: eccleſia per deſertū nationū aſcēdebat iaz de egypto hoc eſt de ꝯfuſione idolatrie liberata ⁊ a Pharaone. i. diabolo ſubmerſo: vt celeſti manna paſceret̄: ⁊ verā terrā repromiſſionis ingrederet̄. Aſcēdit inquit ad montē virtutū vel etiā ad ipſum celū virtutibus ſubleuata: que in pſalmo dicit. Leuaui oculos meos in montes: ⁊ reliqua. ⁊ alibi. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. Mōtes ipſi ſunt patriarche prophete: apoſtoli ⁊ ceteri ſancti qui merito virtutum montes appellant̄. Primo enī ad montes. i. ad ſanctos ſubleuat oculos eccleſia vel anima fidelis: qz illoꝝ doctrinā actuſq; conſiderat: illoꝝ exemplo ⁊ interceſſione muniri gaudet. Poſtea proficiens ad ipſum quoq; qui fecit montes audet cordis aſpectū erigere: ⁊ dicit. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis. i. gratāter requieſcis in ſanctis: ſicut īquit virgula fumi ex aromatib⁹ myrrhe ⁊ thuris. Fumus ex igne naſcit̄: ⁊ moꝝ altiora aeris expetit donec aſpectibus intuentiū ſubtrahatur. Fumus igit̄ ſignificat ſanctum deſideriuz igne

diuini

diuini amoris profuſum. Nec abſolute fumo cōparaꝰ
ſed virgule fumi:quia ſancta eccleſia vel anima ſancta
deum amans gracilis eſt ꝛ delicata:diſciplinis ſpiritus
ſancti extenuata:non habens groſſitudinem carnaliū
deſideriorum. Siue virgule fumi:non ſparſo fumo cō
paratur propter vnitatē eccleſie que in chriſto vna eſt.
Unde vō eſſet ille fumus oſtendit cū ſubdit. Myrrhe
ꝛ thuris ꝛ vniuerſi pulueris pigmētary. Myrrha ↄdiū
tur mortuorum corpora. Thus vō adoletur in ſacrifi/
cio dei. Ideoqꝫ per myrrham carnis mortificatio deſi/
gnatur:per thus mundicia orationum exprimitur. Uir
gule ergo fumi myrrhe ꝛ thuris eccleſia aſſimilatur:qꝛ
ſancti mortificatione carnis ſue ꝛ orationibus:mundo
ac ſimplici corde profuſis deo placere ſtudēt:ꝛ vniuer/
ſi inquit pulueris pigmentary.i.congerie omnium vir/
tutum. Non autē integra fuiſſe aromata:ſed in pulue
rem redacta dicuntur:qꝛ ſanctoꝝ actiones magna di/
ſcretione conſiderande ſunt ꝛ tanqꝫ cribro ſubtiliſſime
cōſiderationis euentilande:ne quid forte in illis duriū
aut inconueniens exiſtat:ne ſalutē per ipſas virtutes
mille formis aduerſarius ſurripiat:qui callidus per bo/
na etiam conſueuit nocere. (En lectulus Salomonis
ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael: omnes
tenentes gladios ꝛ ad bella doctiſſimi:vniuſcuiuſqꝫ en
ſis ſuper femur ſuū propter timores nocturnos.) Quo
hec dilecta ꝛ mirabilis aſcendere oſtenditur cū ſubdi/
tur. En lectulus Salomonis ꝛ reliq̄. Lectulus Salo/
monis quāuis ſuperna illius celeſtis beatitudinis re/
quies accipi poſſit in quo deus cum ſanctis requieſcit:
probabilius tamen preſens accipiꝰ eccleſia:in qua ſan/
cti dei ſopitis tumultibus vicioꝝ:amplexus Salomo
nis.i.veri pacifici delectātur. vnde ꝛ pſalmiſta de chri/
ſto dicit. Factus eſt in pace locus eius ꝛ habitatio eius
in ſion. Lectulum ergo Salomonis.i.eccleſiā chriſti
ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael. Per ly
fortes ordo doctorum intelligitur:qui vel predicando
eccleſiam muniunt:vel contemplando ad illam ſuper/
nam beatitudinē peruenire deſiderant. Sexagenarius
autē numerus ex ſenario ꝛ denario ↄſtat:Sexies deni
vel decies ſeni.lx.faciunt. Senarius vō pfectionē ſigni
ficat operis:qꝛ ſex diebus perfecit deus opera ſua. De/
narius vō remunerationē ꝛ pmiū qꝺ in fine electis da/
bitur. Unde ꝛ hy qui in vineam venerunt denariū le/
guntur accepiſſe. Sexaginta ergo fortes ſignificāt (vt
dictum eſt) ſanctos doctores:fortes opere:ꝛ animo con
ſtantes. Addiꝰ vō ex fortiſſimis Iſrael:omnes in chri/
ſtum credentes ꝛ chriſtum diligentes. Iſrael.i. vir vi/
dens deum appellatur:fortiſſimi vō Iſrael ſunt qui ec/
cleſiam tuere predicādo ꝛ ab incurſibus demonū vel
impugnatione hereticoꝝ defendere nouerunt. hy ergo
ambiūt lectulū Salomonis:qꝛ illis eſt cōmiſſa eccl'ia:
ꝛ ab illis vigilanti cura eſt cuſtodienda. Omnes tenen/
tes gladios ꝛ ad bella doctiſſimi. Tenent enim gladiū
ſpirituale verbi dei de quo Apoſtolus. Et galeā inquit
ſalutis aſſumite:ꝛ gladium ſpiritus qꝺ eſt verbū dei.
Ad bella vō ſunt doctiſſimi:quia neceſſe eſt vt ſpiritua
lis prely arte inſtructi ſint:qui aduerſus principatus ꝛ
poteſtates ꝛ aduerſus mundi rectores tenebrarum ha/
rum contra ſpecialia nequitie in celeſtibus bellum ge/
runt. Uerſutiſſimus enim eſt ille hoſtis ꝛ tam ſubtili/
tate ſpiritualis nature: qꝫ etiam temporis longinqui
tate doctiſſimus:contra quem ſancti bella ſuſcipiunt.
Uniuſcuiuſqꝫ enſis ſuper femur ſuū. Per femur pro/
pagatio ſobolis accipitur. Super femur ergo enſem ha
bent:qꝛ timore dei omnes comprimūt ꝛ choercent mo

tus carnalis voluptatis. Et hoc ꝑpter timores noctur/
nos.i.ꝑpter occultas inſidias maligni hoſtis qui in no
cte huius ſeculi ſanctis maxime qui in eccleſia preemi
nent inſidiatur vt illis deceptis lectulū Salomonis.i.
requiem ſanctoꝝ fedare poſſit. ¶ Et notandū qꝫ ſupe/
rius tenere gladios dicuntur:hic vō ſuper femur enſes
habere. Gladios enim tenent vt aduerſarys reſiſtant:
vt hereticos ꝛ omnes ſane fidei contradicentes confo/
diant. Super femur vō enſes habent vt ſuimet curam
habeant:vt fluxus carnalium voluptatum reprimant:
ne (iuxta verbum apoſtoli) alys predicātes ipſi repro
bi efficiantur. (Ferculū fecit ſibi rex Salomon de li/
gnis libani.) Quod ſuperius per lectū Salomonis hoc
nunc deſignatur per ferculū:ſancta videlicet eccleſia:
in qua velut in lecto requieſcūt ſancti dei:ꝛ velut in le
cto diſcūbunt ad epulas eterne ſatietatis. De lignis li/
bani fecit Salomon ferculū. Libanus mons eſt phenī
cis:cuius arbores ꝛ proceritate ꝛ pulchritudine ꝛ dura/
bilitate ceteris preeminēt. Ideoqꝫ ſignificant ſanctos
virtutum ſpecie fulgentes ꝛ ad eterna feſtinantes. Li/
banus enim candidatio vel dealbatio interpretatur:li/
gna ergo libani ſunt ſancti cādidati ꝛ dealbati bapti/
ſmo ꝛ exornati omniū virtutū pulchritudine. (Colū/
nas eius fecit argēteas.) Per colūnas doctores eiuſdē
eccleſie figurantur qui eam verbo ꝛ exemplo ſuſtinent
ac roborant, vnde in actibus apoſtoloꝝ dicitꝰ. Iacobus
ꝛ Iōānes ꝛ Cephas qui videbanꝰ colūne eſſe. De colū/
ne ſunt argentee:qꝛ nitore celeſtis eloquy refulgent.
Eloquia enī domini eloquia caſta argentū:ꝛ reliqua.
(Reclinatorium fecit aureum.) Per reclinatoriū au/
reū requies eterna accipitur que ſanctis in eccleſia re/
promittiꝰ:ad quā tamē aſcenſus eſt purpureus. (Aſcē/
ſus eius purpureus.) Purpureus aſcēſus eſt paſſio chri
ſti:qꝛ purpura colorē ſanguinis imitatur. Aſcenſu ergo
purpureo ad reclinatorium aureum peruenitur:qꝛ illi
ad eternarum epularum menſam diſcumbunt ꝛ ad ſu/
perne quietis requiē veniunt:qui in preſenti paſſionē
redēptoris ſui digne venerari ꝛ imitari ſatagūt. (Me
dia charitate conſtrauit propter filias Hieruſalem.)
Media charitate cōſtrauit:qꝛ omnibus fidelibus ſuā
charitatē chriſtus cōmendauit:patiendo pro nobis:ꝛ
requiē nobis preparādo iuxta qꝺ Apoſtolus dicit. Cō
mendat autem deus ſuam charitatē in nobis:qm cum
adhuc peccatores eſſemus pro nobis filiū ſuū in morte
tradidit. Aliter. Per colūnas argenteas apoſtoli ꝛ apo/
ſtolici viri deſignanꝰ:per reclinatoriū aureū doctoꝝ or
do qui cum ineffabilia eterne vite repromittūt vtiqꝫ
nos ſuauiter quieſcere faciunt:ꝛ hoc reclinatoriū bene
aureum diciꝰ:qꝛ ineffabile eſt illud premiū qꝺ ſancti
expectant. In rebus enī caducis nihil auro precioſius
eſt. Per aſcenſum etiā purpureū ordo deſignaꝰ marty/
rum:qui paſſionē chriſti imitati pro illo ſanguinē ſuū
fuderunt. Sed quid nos faciemus dicit beatus Grego/
rius qui nullius merita ſumus:ꝛ non inter doctores:nō
inter martyres locū nos habere videmus. Sequitur.
Media charitate conſtrauit. Habeamus ergo charita
tem qua media huius ferculi conſtrata ſunt:que ꝛ iccir
co latū mandatū vocaꝰ:qꝛ omnibus ſuis obſeruatori/
bus eternā ſalutē parat. Hanc efficaciter teneamus:ꝛ
per hanc ſaluabimur. Et hoc propter filias Hieruſalē:
hoc eſt propter animas ſimplices que nullius virtutis
ſibi ſunt ↄſcie:que quāto maioris fragilitatis ſibi ſunt
conſcie tanto amplius ſaluatorē ꝛ redemptorē ſuū di/
ligere ſatagunt. (Egredimini ꝛ videte filie ſion Regē
Salomonem in diademate quo coronauit eum mater

ſua in die deſpõſationis eius: et in die letitie cordis eiꝰ.
Uox eccleſie inuitantis animas fidelium ad intuendũ
ꝗ̃ mirabilis et ſpecioſus ſit Sponſus eius: Filie nanqȝ
Sion eedem ſunt que et filie Hieruſalem: Sancte vide
licet aie ſuperne illius ciuitatis ciues: que et ꝑpetua cum
angelis pace fruunt̃: et per contẽplationẽ gloriaȝ dñi ſpe
culantur. Egredimini inquit o filie Sion: hoc eſt exite
de turbulenta huius ſeculi ꝯuerſatione: vt mente expe/
dita eum quem diligitis ꝯtẽplari poſſitis. Et videte in/
quit Regem Salomonẽ: hoc eſt veꝝ pacificum Chri/
ſtum: in diademate quo coronauit eũ mater ſua. Ac ſi di
ceret ꝯſiderate Chriſtum pro vobis carnẽ indutũ: quaȝ
carnẽ de carne Uirginis matris ſue aſſumpſit. Diade/
ma nãqȝ vocat carnem quã Chriſtus aſſumpſit pro no/
bis in qua mortuus deſtruxit mortis impium: In qua
etiam reſurgens reſurgẽdi nobis ſpem cõtulit. De hoc
diademate Apl̃s dicit. Uidimus Jeſum per paſſionem
gloria et honore coronatuȝ. Mater vo ſua eum coronaſ/
ſe dicit̃. Quia virgo Maria illi de ſua carne carnis ma
teriem prebuit. In die deſpõſationis eius: hoc eſt in tẽ/
pore incarnationis eius quando ſibi ꝯiunxit eccleſiam
non habẽtem maculã aut rugã: vel quãdo Deus homi/
ni ꝯiunctus eſt. Et in die letitie cordis eius. Letitia enĩ
et gaudiuȝ Chriſti: ſalus eſt et redẽptio generis humani:
iuxta qḋ in euãgelio multos ad fidem Chriſti cernens
cõfluere: In illa hora inquit Euangeliſta exultauit in ſpi
ritu et dixit. Confiteor tibi pater celi et terre: et reliqua.
Et in euãgelica parabola inuenta oue vocat amicos di/
cens: Cõgratulamini mihi. Poteſt hoc et ſimpliciter to/
tum ad paſſionẽ Chriſti referri iuxta litteram. Preui/
dens enĩ Salomon in ſpiritu paſſionẽ Chriſti longe an
te ꝑmonebat filias Sion. i. plebẽ iſraeliticam: Egredi/
mini inquiens et videte Regẽ Salomonem: ideſt Chri
ſtuȝ: in diademate. i. in ſpinea corona qua coronauit eũ
mater ſua Synagoga in die deſponſationis eius qñ vi/
delicet ſibi iũxit eccleſiã. Et in die letitie cordis eiꝰ quo
gaudebat per ſuam paſſionẽ redimere mũduȝ de diabo
li poteſtate. Egredimini ergo et exite a tenebris infideli
tatis et videte hoc eſt intelligite mẽte: qꝛ ille qui vt ho/
mo patit̃: verus eſt deus. Uel etiam egredimini extra
portam ciuitatis veſtre: vt eum in Golgotha monte cru
cifixum videatis. Cap. IIII.

Quaȝ pulchra es amica mea ꝗ̃ pul
chra es. Oculi tui columbaꝝ: abſ/
qȝ eo ꝙ intrinſecus latet. Capilli
tui ſicut greges capraꝝ: que aſcen/
derunt de monte Galaad. Dentes
tui ſicut greges tonſaꝝ: que aſcenderunt de la
uacro. Oẽs gemellis fetibus: et ſterilis nõ eſt
inter eas. Sicut vitta coccinea labia tua: et elo
quiuȝ tuũ dulce. Sicut fragmen malipunici:
ita gene tue abſqȝ eo ꝙ intrinſecus latet. Si/
cut turris Dauid collum tuũ: que edificata eſt
cuȝ ꝓpugnaculis. Mille clypei pendent ex ea:
omnis armatura fortiuȝ. Duo vbera tua ſicut
duo hinnuli capree gemelli: qui paſcunt̃ in li/
lijs donec aſpiret dies et inclinent̃ vmbre. Ua
dam ad montem myrrhe: et ad collem thuris.
Tota pulchra es amica mea et macula non eſt
in te. Ueni de libano ſponſa mea: veni de liba
no veni coronaberis: de capite amana de ver/
tice Sanir et Hermon: de cubilibus leonum:
de montibus pardorum. Uulnerasti cor me/
um ſoror mea ſponſa: vulneraſti cor meum
in vno oculorum tuorum: et in vno crine col/
li tui. Ce pulchre ſunt mamme tue ſoror mea
ſponſa. Pulchriora ſunt vbera tua vino: et
odor vnguentoꝝ tuoruȝ ſuper omnia aroma
ta. Fauus diſtillãs labia tua ſponſa: mel et lac
ſub lingua tua: et odor veſtimentoꝝ tuorũ ſi/
cut odor thuris. Hortus concluſus ſoror mea
ſponſa: hortus ꝯcluſus: fons ſignatus. Emiſ
ſiones tue paradiſus malorum punicoruȝ cũ
pomorum fructibus. Cypri cum nardo: nar/
dus et crocus: fiſtula et cinnamomum cũ vni
uerſis lignis libani: myrrha et aloe cuȝ omni/
bus primis vnguentis. Fons hortoꝝ puteus
aquaꝝ viuentiũ que fluunt impetu de libano.
Surge aquilo et veni auſter: perfla hortum
meum: et fluent aromata illius.

Bis repetit. Ce pulchra es ꝗ̃ pulchra es. i.
in opere et predicatione. In opere: qꝛ nihil
fedum: nihil oculis meis indignuȝ agis. In
predicatione: qꝛ ad conſiderandum incar/
nationis mee myſterium etiã ſodales tuas
filias Hieruſalem inuitare non ceſſas. (Oculi tui colũ
barum.) Per oculos intelligitur acumen ſenſuuȝ ſpiri
tualium quibus diuina et ſempiterna cõtemplatur vel
intuetur eccleſia. Columbe autez oculi eccleſie compa/
rantur propter ſpiritualem gratiaȝ: qꝛ ſpiritus ſanctus
in ſpecie columbe apparuit. Sequitur autẽ. (Abſqȝ eo
ꝙ intrinſecus latet.) Ideſt abſqȝ ſuperna retributione
illius quã in fine ſeculi perceptura es quã et in preſenti
per fidez contemplaris. Latet tamen intrinſecus: nec
in preſenti videri poteſt ſed in futuro expectatur. (Ca/
pilli tui ſicut greges caprarum que aſcenderunt de mon
te galaad.) Per capillos eccleſie ſubtiles cogitationes
accipiunt̃ quibus plerũqȝ temporalia diſponunt̃. Com
parantur vo gregibus capraꝝ: qꝛ hec animalia munda
ſunt et in rupibꝰ ſiue in excelſis locis reſupiata paſcunt̃:
qꝛ cogitatiões ſanctoꝝ et ſi corporali neceſſitate in tpa/
libꝰ figunt̃: tñ ab eternoꝝ intẽtione nõ deſcẽdũt et in ip
ſa etiã cura quã neceſſitati corporee impẽdunt ꝗ̃ſi celũ
ſemper intuent̃. Poſſumus etiã per oculos: doctores ec
cleſie et ꝑdicatores accipere: qui in corpore cuius caput
chriſtus eſt ſummuȝ locum tenent: et celeſtia et ſpiritua/
lia ceteris mẽbris vident. Per capillos vo innumeram
multitudinem ſimplicium fidelium in laicali ordine
conſtitutorum: qui et ſi minus vident ſpiritualia: ſua ta
men numeroſitate magnuȝ decus preſtant eccleſie. Et
bene gregibus caprarum comparantur. Capra pecca/
toribus conuenit: per quã ſignificantur plebes fideliuȝ
actiõibꝰ ſeculi dedite: que ſine peccato agi nõ poſſunt.
Bene autem ſequitur: que aſcenderunt de monte gala
ad. Galaad aceruusꝰ teſtimonij interpretatur. Juxta lit
teram quidem: Ideo quia Jacob recedente de Meſo/
potamia perſecutus eſt eũ Laban et die tertia repperit
eum: ibiqȝ in teſtimoniũ mutui federis aceruũ lapidũ
extruxerunt. Myſtice autem aceruus teſtimonij chri/
ſtus eſt: in quo multitudo conſiſtit omnium ſanctorum

qui

qui ſunt lapides viui adherentes illi lapidi de quo Petrus ait. Ad quem accedentes lapidẽ viuū: ⁊ ipſi tanq̃ lapides viui ſimul coedificamini. Greges vero caprarum de monte Galaad aſcẽderunt: qꝛ ſanctoꝝ multitudines ad celſa virtutum conſcẽdunt: ⁊ Chriſti doctrinā atqꝫ pcepta in oībus ſequi ſatagūt. (Dentes tui ſicut greges tonſaꝝ que aſcenderunt de lauacro: oēs gemellis fetibus: ⁊ ſterilis nō eſt inter eas.) Si per capillos eccleſie: innumerabilis multitudo fidelium ſimplicium intelligitur: per dentes eccleſie Doctores figurantur. Dẽtibus enim cibos cōmolimus ⁊ maſticamus: Et ſancti Doctores bene dẽtibus ꝯformant̃: qꝛ ſpūales cibos quos ſimplices cape nequeunt: ipſi quodāmō exponendo cōminuūt. Dens eccleſie pcipuus erat Petrus cui dictū eſt in viſiōe. Surge occide ⁊ mãduca: ac ſi diceret. Hos quos ad fidẽ conuertis: occide ab eo qđ ſunt: vt deſinant eſſe peccatores. ⁊ mãduca: hoc eſt trãſfer in corpus eccleſie. Bene aūt hi dentes ouibus tonſis ⁊ lauacro lotis cōparantur. Solent enim oues poſt tonſionẽ currenti aqua ablui: ne illotus ſudor corpori adhereſcat ⁊ ſcabiem generet. Tonſe ergo oues ſunt ſancti Doctores ⁊ magiſtri eccleſie qui ⁊ lauacro baptiſmatis abluti ſunt: ⁊ vellera: idest facultates ⁊ ſubſtantias ſuas pro Chriſto amiſerunt. Oībus quidē fidelibus conuenit quod dicit: que aſcẽderunt de lauacro. Nullus enim ſine lauacro baptiſmi fidelis eſſe poteſt. Non aūt oībus tonſoribus conuenit: qꝛ non oēs ita ſunt perfecti vt ſua pro Chriſto valeant amittere: ſed illis ſpecialiter congruit qui ſm verbum Domini vẽdunt oīa ſua ⁊ dant pauperibus: ⁊ nudi atqꝫ expediti ſequunt̃ Chriſtum. Tales ſunt ergo dentes eccleſie: idest pdicatores ⁊ magiſtri eius: oues per innocẽtiam abluti baptiſmo: voluntaria paupertate ⁊ rerū ſparſione gaudentes. Sequitur. Oēs gemellis fetibus: ⁊ ſterilis non eſt inter eas. Quia gemina charitate dilectionem dei ⁊ proximi pminent ⁊ hanc obſeruare docent: vel etiam quia fidẽ ⁊ opationem pdicant. Et ſterilis non eſt inter eas: nullus videlicet alienus eſt a bonis operibus. (Sicut vitta coccinea labia tua: ⁊ eloquium tuū dulce.) Per labia eccleſie ſancti Predicatores accipiuntur. Qui ⁊ per dentes figurantur. Coccus autem ſanguinis vel ignis habet ſpeciem. Labia ergo eccleſie: idest ſancti Predicatores vitte coccinee aſſimilantur: quia paſſionē Chriſti aſſidue predicant qui pro noſtra redẽptione ſanguinem ſuum fudit: ſiue vitte coccinee aſſimilantur: quia pdicant ⁊ ardent dilectione: diligunt eos quibus verbum impendunt: ⁊ etiam a quibus malum patiuntur. Ad hoc etiam pertinet quod Spiritus ſanctus in linguis igneis apparuit: quia loquentes ⁊ ardentes fecit apoſtolos: ardentes in dilectione: loquẽtes predicatione. Et bene vitta coccinea dicitur. Uitta enī capillos ligat ⁊ conſtringit: ⁊ ſancti Doctores ſua predicatione ad vnitatem fidei ⁊ dilectionis multitudinem fidelium in eccleſia nectunt ⁊ in vnū decorẽ redigunt. Poſſunt etiā per capillos ſubtiles cogitationes noſtre accipi. Uitta ergo coccinea crines ligamus quando cogitationes noſtras diſciplina timoris dei cōſtringimus ⁊ cohercemus. Eloquiū tuū dulce. Dulce eſt eloquium eccleſie cum ſancti Doctores vel paſſionem ſui redemptoris ad memoriam reducunt: ⁊ predicant quantum Deus hominem dilexerit: vel etiam cum celeſtis pmia auditoribus annunciant. (Sicut fragmen mali punici ita gene tue: abſqꝫ eo ꝙ intrinſecus latet.) Per genas ſuperius diximus eccleſiam figurari: Nam cum verecundamur rubor ſanguinis in genis effunditur. Malū autem punicum habet rubicundum corticem; interius vero multitudine granoꝝ plenum eſt: Unde ⁊ malū granatum vocatur. Per fragmen ergo mali punici: memoriam eiuſdẽ dominice paſſionis accipitur: que ⁊ in cocco ſuperius figuratur. Solet enim vna res diuerſis exprimi figuris. Genas ergo eccleſie fragmini comparamus: quia ſancti Doctores venerabiliter agunt memoriam paſſionis redemptoris ſui: nec erubeſcunt crucem eius: imo gl'iant̃ dicentes cū Aplo. Mihi aūt abſit gloriari: ⁊ reliqua. Et alibi idem Apoſtolus ſcribens ad diſcipulum ſuum. Noli erubeſcere Chriſti crucem: neqꝫ me vinctum eius. Bene autem non integro malo punico: ſed fragmini comparantur. Malum enim punicum cum frangitur: exterius rubor: interius candor apparet. Sic ⁊ ſancti Predicatores: cum paſſionẽ Chriſti annunciant quaſi rubor eſt exterius. Cum vero quanta vtilitas noſtre redẽptionis inde prouenerit: ⁊ ꝙ homo per paſſionem Chriſti non ſolum a peccatis iuſtificari: ſed etiā ꝙ diuinum conſortiū meruerit demōſtrant: quaſi candidū eſt qđ intrinſecus latebat. Poſſunt etiam per genas: eccleſie martyres figurari: qui rubicundi ſunt effuſione ſanguinis ſui veluti malum punicum. Sed fracto malo punico candor interius apparet: qꝛ poſt mortẽ miraculis coruſcant. (Sicut turris David collum tuum: que edificata eſt cum ꝓpugnaculis.) Collum ſancte eccleſie predicatores ſancti ⁊ Doctores eius ſunt. Hi enī hic deſignantur per collum qui ſupius per oculos ⁊ per dẽtes ſancti videlicet Predicatores: qui veluti per collū acceptos verbi dei cibos nutriendo corpori trãſmittunt: ⁊ vocem diuine pdicationis auditoribus proferūt. Uel etiam ſancti Doctores per collum ſignantur: qꝛ ſicut collum caput ⁊ cetera mẽbra corporis coniungit: ita ſancti Predicatores quaſi mediatores ſunt inter Chriſtum ⁊ reliquos quos inſtruunt fideles: ⁊ quaſi Chriſtū corpori ſuo. i. eccleſie coniungunt. Hoc aūt collum turri David comparatur. David qui interpretatur manu fortis vel viſu deſiderabilis Chriſtū ſignificat. Et tota quidẽ eccleſia ciuitas David. i. magni regis eſt Chriſti: qui eſt manus fortis: qm̄ diabolum deuicit iuxta qđ Pſalmiſta dicit. Dn̄s fortis ⁊ potens dn̄s potẽs in prelio. Eſt ⁊ viſu deſiderabilis: qꝛ (vt Apl's dicit) in eum deſiderant angeli proſpicere. Turres autẽ huius ciuitatis illi ſunt qui vel ſcientia vel operis perfectione ceteris preeminent. Que edificata eſt cum propugnaculis. Propugnacula ſunt diuinarum ſcripturaꝝ ſacramẽta: de quibus veluti iacula procedunt quibus aduerſarie poteſtates repelluntur. (Mille clypei pendent ex ea: omnis armatura fortium.) Mille clypei intelliguntur innumera diuine preſidia defenſionis: quibus ſancta eccleſia vallatur ⁊ defenditur. Omnis armatura fortium. i. omnis inſtructio vel ſancte predicationis vel ſancte opationis. Et bene collum eccleſie: hoc eſt Predicatores ⁊ Doctores turri David cōparantur: qꝛ ſemper quaſi in Bello ſunt pro defenſione eccleſie pugnãtes. (Duo vbera tua ſicut duo hinnuli capree gemelli: qui paſcuntur in lilijs donec aſpiret dies ⁊ inclinentur vmbre.) Duo vbera eccleſie eoſdem ſignificant ſanctos Doctores. Nec mirū ꝙ vna eademqꝫ res diuerſis figuratur modis. Sancti Doctores oculi ſunt: qꝛ vite vias quas ingredi debeant ſubiectis demonſtrant. Dentes ſunt: qꝛ cibos diuinarū ſcripturaꝝ molliunt ⁊ cōminuunt vt mãdi poſſint. Collum ſunt: quia caput ⁊ mẽbra: hoc eſt Chriſtum ⁊ eccleſiā coniungunt. Ipſi ergo Doctores ſunt ⁊ vbera eccleſie. Quia paruulos ⁊ ſimplices fideles lacte verbi Dei nutriūt: iuxta quod Paulus ſimplicioribus intendens dicit. Nō potui vobis loqui tanq̃ ſpūalibus: ſed qua-

ſi carnalibus: tanq̄ paruulis in Chriſto lac vobis potiꝫ dedi: non eſcam. Et bene non abſolute vbera: ſed cum additamēto dicit: duo vbera: cuꝫ femina neqꝫ plus neqꝫ minus habeat q̄ duo vbera: Quia nimirum ſancti Doctores paruulos ex vtroqꝫ populo: iudaico videlicet ⁊ gentili: lacte verbi dei nutriunt. Nam ⁊ Paulus de ſe ipſo dicit. Qui operatus eſt Petro in apoſtolatum circunciſionis: operatus eſt ⁊ mihi inter gētes. Et apte hec duo vbera ſicut duo hinnuli capree gemelli eſſe dicuntur: q2 videlicet fetus ſunt ⁊ filij ſaluatoris noſtri Chriſti: qui ſuperius per capream deſignatus eſt. Hec enim animalia acutiſſime vident: ⁊ nimia velocitate altiora conſcendunt: Sic ⁊ ſancti Doctores que agenda ſunt ⁊ ipſi vident: ⁊ alijs monſtrant: ⁊ deſpectis terrenis ad ſuperna nituntur. Qui paſcuntur in lilijs hoc eſt delectantur puriſſimis ⁊ nitidiſſimis ſenſibus ſcripturarum. Donec aſpiret dies ⁊ inclinentur vmbre. Hoc eſt donec dies illa eterna veniat quam deſiderabat Pſalmiſta dicens. Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper milia. Et inclinentur vmbre: ideſt tranſeant merores ⁊ perturbationes huius ſeculi. Donec aſpiret dies: ideſt oriatur. Apparebit enim dies: ideſt orietur quando ille verus ſol iuſtitie apparebit: ⁊ tunc inclinabuntur vmbre: hoc eſt omnia nubila meroris ⁊ tenebre preſentis ſeculi pertranſibunt. Sed etſi ipſam litteram velimus aſpicere pulchre expreſſit ortum diei: ⁊ occaſum noctis. Nam nox nihil eſt aliud niſi vmbra terre: que Sole ſub terras deſcendente conſurgit. Sole autem iterum ſuper terras aſcendente inclinantur vmbre. i. cadit nox. Paſcuntur ergo lilijs donec aſpiret dies ⁊ inclinentur vmbre: q2 ſanctoꝝ Doctoꝝ in preſenti tm̄ vita neceſſaria eſt predicatio ⁊ doctrina. Naꝫ in alia vita poſtq̄ apparuerit eterna dies: ⁊ nox preſentis ſeculi finita fuerit: non neceſſe erit doceri aliquem: q2 oēs reuelata facie gloriam Dn̄i contēplabuntur: Unde ⁊ Dn̄s per Prophetam dicit. Non docebit vir fratrem ſuum dicens: cognoſce Dn̄m. Omnes enim cognoſcent me a minimo vſqꝫ ad maximum. (Uadam ad montem myrrhe ⁊ ad collem thuris.) In myrrha carnis mortificatio vel mortificationum pro Chriſto tolerantia. In thure vo ſancta deuotio orationum accipitur. Mons ergo myrrhe: ⁊ collis thuris: ſunt excelſe anime ſanctoꝝ per contēplationem. Promittit ergo Sponſus ſe ad montem myrrhe venturꝫ: ⁊ ad collem thuris: q2 illas mētes ſua viſitatione dignatur inhabitare que mēbra cuꝫ vitijs ⁊ concupiſcētijs mortificant: que etiam ſeipſas per ſancta orationuꝫ ſtudia deo gratū ſacrificium faciunt. (Tota pulchra es amica mea ⁊ macula non eſt in te.) Uox Spōſi ad amicam ⁊ Sponſam ſuā. Tota pulchra es amica mea. Omni inquit ex parte nullā recipis maculam aut rugam. Non eniꝫ ſoli Doctores vel perfecti quiqꝫ pulchri ſunt ante oculos dei qui ſūma ſcientia ⁊ contēplatione preeminent: ſed etiam ſimplices ⁊ fideles qui recta fide ⁊ bonis opibus exornātur: pulchri in oculis Sponſi habētur. Nam vt Pſalmiſta dicit. Benedixit oībus qui timent dn̄m puſillis cuꝫ maioribus. Ideo dicit tota pulchra es ⁊ non pars tua. Hec autē ideo dicimus: non ꝙ aliquis in preſenti vita ſine peccato eſſe poſſit: cum ſcriptuꝫ ſit nemo eſt ſuper terram ſine peccato: nec infans vnius diei: ſed ideo q2 fides pfecta ⁊ celeſte deſideriuꝫ oēm abſtergit maculam peccati leuioris. Non eniꝫ de grauioribus nunc ratio eſt: que qui cōmittunt iam Spōſa Chriſti non ſunt: nec vllam hn̄t particulaꝫ huius ſancte pulchritudinis. Hinc eſt qd̄ Joānes dicit. Qui natus eſt ex deo nō peccat. ſ. peccatuꝫ ad mortem: non ꝙ leuibus peccatis quis careat: ſine quibus vita iſta agi nō poteſt. Tota eſt ergo pulchra eccleſia inq̄tum ſe caſtam ⁊ imunem ab oī peccato cuſtodit. Siq̄ autē leui peccato fuſcatur cito penitudine ⁊ recta fide ac celeſti deſiderio in ea priſca pulchritudo reparatur. (Ueni de libano Spōſa mea: veni de libano veni.) Libanus mons eſt phenicis. Interpretatur aūt ex hebreo candidatio vel dealbatio. Ex greco aūt thus interpraẗ. Unde ⁊ ſupra vbi loquitur. Uadaꝫ ad mōtem myrrhe ⁊ ad colleꝫ thuris: habeẗ collis libani. Uocat ergo Spōſus Spōſam ſuam cādidatam baptiſmo ⁊ dealbatā nitore oīum virtutum flagrātem ſtudio ſanctaꝝ oꝛonuꝫ: Uocat eam vt veniat. i. vt virtutibus pficiat. Nō eniꝫ ſoluꝫ vocat deus aīam qn̄ eam a vinculis corporis exutam ad celeſtia p̄mia ducit: ſed etiam cum per internaꝫ inſpirationē vt in virtutibus pficiat hortatur: quot enī virtutibus ſancti pficiunt: quaſi tot paſſibus ad ipſum tendunt. Et tertio dicit veni: q2 vult eaꝫ pfectam eſſe in cogitatione locutione ⁊ ope. Uel vocat eam p̄mo vt ad ſe veniat per fidē. Uocat ſcd̄o vt dignam celeſtiuꝫ premioꝝ retributionē iam liberata a corpore accipiat. Uocat tertio vt in die generalis reſurrectionis iam aſſumpto corpore duplici ſtola ornata ppetuo gaudeat. (Coronaberis de capite Amana: de vertice Sanir ⁊ Hermō: de cubilibus leonum: de montibus pardoꝛuꝫ.) Amana ipm̄ dicunt eſſe mōtē Helie Amanuꝫ: qui ⁊ Taurus appellatur. Sanir vo ⁊ Hermon mōtes ſunt Judee in quibus leones pardi feruntẗ habitare. Per hos aūt mōtes ſeculi Poteſtates: Reges videlicet ⁊ Principes intelliguntur qui veluti montes in ſupbia extolluntẗ ⁊ malignis ſpiritibus quaſi leonibus ⁊ pardis cubilia prebēt. Maligni aūt ſpiritus leones vocantur ppter ſupbiaꝫ: pardi autem ppter ferocitateꝫ: vel etiam pro mille nocendi artibus: q2 pardus variuꝫ animal eſt. De his ergo montibus coronaẗ eccleſia qn̄ Principes ſeculi ad fidē Chriſti ꝯuertuntur. Et non ſoluꝫ propter ſuas virtutes ſed etiam ppter talium ꝯuerſionem ⁊ ſalutē coronatur vel remuneraẗ eccleſia. Poteſt hec ⁊ in preſenti accipi. Nam coronaẗ eccleſia de vertice hoꝝ mōtiuꝫ qn̄ ſubiectis Principibus catholice fidei eccleſia que ante p̄mebatur: coronaẗ ⁊ gloriatur in Chriſto: ſicut factuꝫ eſt tpe Conſtantini qn̄ illo cōuerſo mirabiliter glorificata eſt eccleſia. Coronaẗ ⁊ de cubilibus leonuꝫ ⁊ mōtibus pardoꝝ: qn̄ ſuperbos quoſqꝫ ⁊ feuos ac doloſos conuertit ⁊ pro illoꝝ quoqꝫ conuerſione eterna p̄mia recipit. (Uulneraſti cor meū ſoror mea Spōſa vulneraſti cor meū.) Spōſam ⁊ ſororem ſuam dicit ſanctaꝫ eccleſiam: que ⁊ ſponſa eſt: q2 eā ſibi Chriſtus incarnatus deſpōdet eāqꝫ emūdataꝫ a ſordibus peccatoꝝ dote Spiritus ſancti ſibi ꝯiunxit. Soror vo eſt: q2 ppter eaꝫ incarnatus frater eius fieri dignatus eſt: ſicut reſurgens a mortuis dixit mulieribus. Ite nuntiate fratribus meis. Cū ergo dicit vulneratum cor ſe habere: magnitudinē dilectionis expreſſit: q2 ſanctam ſuam diligit eccleſiam. Affirmat aūt hec iterans ⁊ inculcans vulneraſti cor meuꝫ: vt tali iteratione quātum eccleſiam ſuam diligat oſtendat. Qua autem re vulneratuꝫ ſit ſubiungendo demonſtrat. (In vno oculorum tuoꝝ ⁊ in vno crine colli tui.) Per oculos eccleſie ſupius ſpirituales ſenſus vel Doctores ſanctos accipiendos eſſe diximus: per crines vo multitudines ſubiectaꝝ plebium quibus ſancta decoraẗ eccleſia. Et eſt ſenſus. Cum tota ſis pulchra o eccleſia ⁊ cuꝫ te ob multa diligam: p̄cipue tn̄ nitor ſpiritaliuꝫ ſenſuuꝫ ⁊ doctoꝝ tuoꝝ ſinceritas me delectat: ſimplicitas etiā ſubiectarum plebiuꝫ que pie ⁊ fideliter verbis ſuoꝝ doctorum obtēperant.

rum obtēperant. Bene autem cum ſuperius pluraliter
dixerit oculos ⁊ capillos; hic ſingulariter in vno oculo
⁊ in vno crine dixit: vt per hoc vnitas ſanctoꝝ doctoruꝫ
exprimatˀ. Unitas etiaꝫ celeſtis doctrine quā ſubiectis
impēdunt: Unus enim Dñs vt Aplˀs dicit. Una fides.
vnū baptiſma: vna etiā deuotio ſubiectoꝝ fideliū. Pōt
⁊ hoc qḋ dicit. Uulneraſti cor meum de paſſione Chri
ſti accipi. i. tuo amore feciſti vt ego in cruce vulnerarer.
¶ Notādū vō ꝙ dicit in vno crine colli tui: per collum
enīꝫ Doctores diximus ſignificari: ⁊ crinis eccleſie col-
lo adheret: qꝛ ſubiecte plebes ſanctis Doctoribus cōne-
ctuntˀ: ⁊ eoꝝ ſacre doctrine inherent ac ſm̄ illoꝝ pcepta
viuere ſatagunt. (Q̄ pulchre ſunt māme tue ſoror mea
ſponſa.) Per māmam ſupius eoſdē doctores diximus
figurari: qui ⁊ per oculos deſignantˀ. Naꝫ ſancti Docto-
res māme ſunt: cum lacte. i. ſimplici doctrina humiles
quoſqꝫ nutriunt: oculi ſunt cū ſūma queqꝫ celeſtia pdi-
cant. Ait ergo. Q̄ pulchre ſunt mamme tue ſoror mea
Sponſa: ideſt q̄ꝫ pulchri ſunt doctores tui: qm̄ ſermo il
loꝝ ⁊ eloquia pheminent ⁊ pondere ſenſuuꝫ pcioſa ſunt.
(Pulchriora ſunt vbera tua vino.) Hic verſiculus iaꝫ
ſupius expoſitus eſt: vbi dicitˀ: meliora ſunt vbera tua
vino. Et hoc notāduꝫ eſt ꝙ eccleſia ſupius vbera Spon
ſi ſui laudauit dicens: Meliora ſunt vbera tua vino.
Nunc vō viciſſim Sponſus Spōſe ſue vbera extollit:
vt per hoc vnitas Chriſti ⁊ eccleſie cōmendetur. Chri-
ſtus enim eſt caput: eccleſia corpus eius. Precellit enim
virtus pdicationis euāgelice legalē ſciētiam. (Et odor
vnguentoꝝ tuoꝝ ſup oīa aromata.) Unguenta eccleſie
ſunt doctrine celeſtis cariſmata: vel etiā fama virtutuꝫ
que de eccleſia flagrat. Aromata vō intelliguntˀ legales
obſeruationes. Super aromata ergo eſt odor vnguen-
toꝝ eccleſie: qꝛ fama euāgelice perfectionis tranſcendit
oēm laudeꝫ legalis obſeruationis. (Fauus diſtillans la
bia tua ſpōſa.) Fauus mellis eſt in cera. Mel aūt in ce-
ra: eſt ſpiritualis itelligētia in littera. Labia ergo eccle-
ſie fauus diſtillans vocantˀ: qꝛ ſancti Doctores qui per
labia deſignantˀ ſpiritualia documēta proferūt inſtruen
dis fidelibus. Nec ſolū fauus: ſed etiaꝫ diſtillans vocan
tur labia eccleſie: diſtillat enim fauus: cuꝫ mellis copia
exuberans iam nō poteſt cereis capſulis cōtineri. Re-
cte ergo diuina ſcriptura fauus diſtillans vocatˀ: quia
multipliciter intelligitˀ ⁊ varijs ſenſibus exponitˀ: nūc
iuxta litteram: nunc iuxta allegoriam: nūc iuxta mora-
lem: nunc iuxta anagogen: ideſt ſupiorē ſenſum. (Mel
⁊ lac ſub lingua tua.) Lac paruulis ꝯuenit. Ideoqꝫ per
lac deſignatur ſimplex doctrina: qꝛ initia credentiū im-
buuntur. Mel vō qḋ de rore celi confici creditˀ: celeſtē
⁊ ſpiritualem doctrinā ſignificat: que ⁊ pfectis ⁊ inſtru
ctis ꝯuenit. Sub lingua ergo eccleſie mel ⁊ lac eſt: quia
aliquādo celeſtia myſteria perfectis: aliquādo rudibus
plana ⁊ ſimplicia annunciat. (Et odor veſtimentorum
tuoꝝ ſicut odor thuris.) Ueſtimēta eccleſie ſunt bono-
ruꝫ operum ornamenta iuxta qḋ Joānes in Apocalypſi
dicit. Byſſinum enim iuſtificationes ſunt ſanctorum:
⁊ ideo dicit. Juſtitia induit byſſum ⁊ induit me ſicut or
namēto ⁊ diademate iudicio meo. Thure aūt diximus
ſupius ſanctaꝝ orationum mūditiam deſignari. Ueſti-
mēta ergo eccleſie thuri cōparantur: qꝛ oīa opera eccle-
ſie quaſi orationes ſunt. In cunctis enim que agit ſem-
per Dñm deprecatur: ⁊ tali modo implet hoc qḋ Domi
nus dicit. Oportet ſemper orare. Nec hoc aliter imple-
ri poteſt in noſtra tota vita niſi vt ꝯuerſatio talis ſit vt
in cōſpectu dei oratio deputetˀ. Thus eſt arbor Arabie
felicis cortice ⁊ folio lauro ſimilis; ſuccum in modum

amigdale emittens: qui bis in anno colligitˀ Autūno ⁊
Uere. Sed autūnali collectione preparātur arbores: in
eius corticibus flagrantiſſimo eſtatis feruore facto te-
nui vulnere ac ſic pſiliente ſpuma pingui: que concreta
denſatur: ⁊ vbi loci natura poſcat tegete palmeaꝫ exci-
piente: qḋ in arbore heſit ferro depectitur: ideoqꝫ vide-
tur eſſe puriſſimū hoc: ⁊ candidatū eſſe. Secūda vinde
mia eadē hyeme corticibus inciſis: rubeū hoc exit. Nec
cōparandum priori. Creditˀ ⁊ nouelle arboris cādidius
eſſe: ſed veteris arboris odoratius: Quod ex eo in rotun
ditate gutte dependet maſculum vocamus: Guttā con-
cuſſu eliſam mānam nūcupamus. (Hortus ꝯcluſus ſo-
ror mea ſponſa hortus ꝯcluſus: fons ſignatus.) Sororē
⁊ ſpōſam ſuam eccleſiam dicit qm̄ ex ancilla ſororē ſi-
bi eſſe ꝯſtituit: ⁊ dote ſpiritus ſancti pigneratā Spon-
ſam ſibi efficit. Hec ergo eccleſia hortus eſt: qꝛ ſpiritua-
liuꝫ virtutū germina pfert: que in ſequētibus aromatū
vocabulis deſignantˀ. Concluſus vō eſt hortus iſte: quia
ſācta eccleſia redēptoris ⁊ dn̄i ſui adiutorio munita eſt:
⁊ pſidio angelicaꝝ virtutū vallata nullis malignorum
ſpirituū patet inſidijs. Hec ipſa eccleſia eſt fons ſigna-
tus. Fons ideo: qꝛ celeſtis doctrine fluentis manat: qui-
bus oēs in Chriſtuꝫ credētes a peccatis abluit: ⁊ verita-
tis ſcientia potat. Signatus vō eſt fons iſte: qꝛ ſermo fi-
dei euāgelice veritatis ſignaculo munitus eſt: ita vt ne-
qꝫ maligni ſpiritus: neqꝫ heretici fidem catholicā vio-
lare atqꝫ diſrūpere valeant. Hic hortus vel fons. i. eccle
ſia: primum in paruo locello iudee plantatus vel expor-
tus eſt. Deinde per vniuerſuꝫ mūdum diſſeminata pre
dicatione areolas ſuas vel riuulos emiſit. Unde ſequi-
tur. (Emiſſiones tue paradiſus maloꝝ punicoꝝ cū po-
moruꝫ fructibus.) Emiſſiones eccleſie (vt dictū eſt) in
cremēta fidei ſunt ⁊ diſſeminatio pdicationis: que emiſ
ſiones paradiſus ſunt. Paradiſus grece: hortus latine:
quia illa primitiua eccleſia que in Judea quaſi hortus
fuit: poſtea per vniuerſum mundū multos hortos: ideſt
eccleſias emiſit. Mala autem punica que rubicūdum
habent corticem eos ſignificant: qui nō ſolum generali
baptiſmo ſanctificati ſunt: verū etiam qui proprio ſan-
guine ſunt in paſſione baptiꝫati: Martyres videlicet.
Fructus vō pomoꝝ opera ſignificāt virtutum: ſiue eos
qui ipſas virtutes opere exercent. Emiſſiones ergo ec-
cleſie paradiſus maloꝝ punicoꝝ fuerunt: quia primum
locum poſt aplˀos in eccleſiam martyres tenuerunt per
ipſam Domini paſſionē: quam ipſi patiendo imitari ſtu
duerunt. Quāuis generaliter oīum fidelium multitu-
do paradiſus maloꝝ punicoꝝ poſſit accipi: qui mala pu
nica ſunt: quia paſſionem ſui redēptoris ſemper in me-
moria retinent. Et ſicut malum punicuꝫ intra vnū cor-
ticem multitudinem habet granoꝝ: ita in eccleſia mul-
titudo fidelium intra myſteriuꝫ dominice paſſionis cō
tinetˀ. Hinc Apoſtolus dicit. Quotquot baptiꝫati eſtis
in Chriſto Jeſu: in morte ipſius baptiꝫati eſtis: conſepul
ti cum ipſo per baptiſmum ⁊c̄. (Cypri cum nardo: Nar
dus ⁊ crocus fiſtula ⁊ cinnamōmum cum vniuerſis li-
gnis libani.) In hoc horto ſic clauſo: ideſt in Eccleſia
naſcuntur: Cypri cum Nardo: Nardus ſimul ⁊ Cro-
cus cum vniuerſis lignis libani. Cypeus arbor eſt aro-
matica: ſemen ſimile Coriandri habens: ideſt album
⁊ ſublucidum: quod oleo coquitur: ⁊ inde exprimitur
quod Cypeus vocatur: vnde regium vnguentum para-
tur. Legimus in Exodo ꝙ māna erat q̄ſi ſemen corian-
dri albuꝫ. Cypeus ergo ⁊ māna vnā habent ſignificatio-
nem. Significat enim celeſtem gratiam tanq̄ꝫ mānam
de celis venientē. Cypeus ergo in horto eccl'ie eſt vel na-

ſcitur: cum fideles quiqȝ docenť gratiam ſpiritualem omnibus preferre: ⁊ per illam ſalutem ſperare. Nemo eniȝ ſuis viribus ſed ſola dei gratia poteſt ſaluari. Nardus typus eſt Dominice paſſionis: Unde ⁊ Maria nardo piſtica caput ⁊ pedes Domini vnxit. Nardus ergo in hortum Eccleſie eſt cum ſancti memoriam dominice paſſionis venerantur: eiqȝ gratias agunt ꝙ intantum eos dilexerit vt pro eorum ſalute ⁊ liberatione mortem ſuſciperet. Crocus aurei coloris habet florem: ideoqȝ ſignificat charitatem. Sicut enim aurum inter cetera metalla precioſius eſt: ita charitas inter omnes virtutes principatum tenet dicente Aplo. Nunc aűt manent Fides: Spes: Charitas: tria hec: Maior autem hoꝝ eſt charitas. Cuȝ nardo ergo crocus in horto eccleſie naſcitur: cuȝ mēbra Chriſti hoc eſt fideles quiqȝ charitatem dei ⁊ ꝓximi efficaciter tenere ſtudent. Crocus aűt ferť ignitas febres refrigerare: ſic vera charitas ardorē ꝯcupiſcentie ſecularis refrigerat ⁊ dilectioneȝ dei ⁊ ꝓximi in mēte accēdit. Fiſtula ⁊ cinamomū. Fiſtula breuis eſt arbuſcula que ⁊ caſſia vocať cortice purpureo: ⁊ ſignificat ſanctos in eccleſia humilitate ⁊ patientia ꝑcipuos: paupes videlicet ſpiritu: quoꝝ eſt regnū celoꝝ. Purpureus aűt cortex ſignificat ſimilitudineȝ paſſionis Chriſti quam illi qui in vera humilitate fundantur in corde ſemper retinere ⁊ imitari ſatagunt. Cinnamomū ⁊ ipſa breuis eſt arbuſcula: ſed mire virtutis ⁊ odoris. Ideoqȝ profectū deſignat humilitatis que ⁊ per fiſtulā deſignatur. Fiſtula ergo ⁊ cinamomū in eccleſia ſunt cū ſancti dei humilitateȝ ⁊ patientiam: ⁊ in corde veraciter retinent: ⁊ foris alijs oſtēdunt. Qȝ aűt fiſtula rubicūduȝ habet corticē: cinnamomuȝ vō Cyaneum habet colorē ſignificat ꝙ quāto plus ſancti memores ſunt paſſionis redēptoris ſui: tanto in oculis ſuis viliores ⁊ deſpectiores fiunt: dicētes cuȝ Abraā. Loquar ad Dn̄m meū quamuis ſim puluis ⁊ cinis. Et cū Iob. Iccirco ipſe me reprehendo: ⁊ ago penitentiam in fauilla ⁊ cinere. Cum vniuerſis lignis libani. Ligna libani ceteris lignis pulchritudine ac ꝓceritate ⁊ robore preeminēt: Ideoqȝ ſignificant doctores ⁊ ꝑfectos quoſqȝ in eccleſia de qbus ſuperius domus eccleſie diciť edificata: Dicente eadē eccleſia. Ligna domoꝝ noſtraꝝ cedrina: laquearia cypreſſina: qꝛ videlicet ſancti Doctores ꝑdicatione ſua ⁊ exemplis eccleſiā muniunt. Cū fiſtula ergo ⁊ cinamomo vniuerſa ligna libani in horto eccleſie memorantur: qꝛ ſiue humiles ⁊ patientes ſiue ꝑfecti quiqȝ doctores eādem hn̄t fideȝ in eccleſia ⁊ eandem beatitudinem expectant. (Myrrha ⁊ aloe cū oībus primis vnguētis.) Myrrha arbor eſt cuius ſuccus Stacten dr̄: tāte virtutis vt qcqd ex eo tactū fuerit ab oī putredine ⁊ vermibus ſeruet illeſuȝ. Aloe eſt ſuauiſſimi odoris arbor adeo vt vice tymiſmatis altaribus adoleať. Habet vō ſuccū amariſſimū reſiſtētem putredini ⁊ vermibꝰ. Hinc ⁊ in paſſione Dn̄i Nicodemus detuliſſe dr̄ myrrhe ⁊ aloes q̄ſi libras centū. Per has ergo arbores deſignanť carnis ꝯtinētia ⁊ caſtimonia. Nā putredo luxuriam ſolet deſignare: iuxta qđ Propheta de qbuſdā dicit. Cōputruerunt iumēta in ſtercore ſuo. In horto ergo eccleſie ſunt myrrha ⁊ aloes: hoc eſt mētes caſte ⁊ oīs corruptionis immunes: audientes ab Aplo. Pacem ſectamini cū oībus: ⁊ caſtimoniam: ſine qua nemo videbit deū. Cuȝ oībus primis vnguentis. Prima vnguenta qđ melius q̄ȝ charitas intelliguntur: De qua Apls dicit. Adhuc excellētiorem viam vobis demōſtro. Ac deinde. Si linguis hoiuȝ loquar ⁊ angeloꝝ: charitatē aűt non habeā nihil mihi ꝓdeſt ⁊c. Poſt myrrha ergo ⁊ aloe bene prima vnguenta ponuntur: qꝛ poſt carnis continētiam ſuccedit vera charitas: qua deus ſuper oīa diligiť. Neqȝ enim illi qui mūdi dilectione teneneť: hoc eſt qui voluptatibꝰ ⁊ illecebris adhuc delectanť: huius charitatis participes eſſe poſſunt. (Fons hortoꝝ puteus aquaꝝ viuētiū: que fluunt impetu de libano.) Fons hortoꝝ ipſa eſt primitiua eccleſia: que veritatis ſcientia hortos. i. eccleſias per vniuerſum mūdū diſſeminatas irrigat. Ipſa eſt ⁊ puteus aquaꝝ viuentiū: qꝛ ſcia veritatis que eſt in eccleſia in quibuſdaȝ quaſi fons eſt: vbi patet in quibuſdam quaſi puteus vbi latet: ad liqdum percipi non poteſt. Nam inter fontē ⁊ puteū hoc diſtat: ꝙ fons eſt in imo ⁊ in ſuperficie terre duciť: puteus vō ſemper eſt in imo. Eccleſia ergo ⁊ fons eſt ⁊ puteus: qꝛ myſteria dei in quibuſdā veluti fons facile capiunť: in quibuſdā vō cuȝ difficultate tanq̄ȝ aqua ex puteo extrahunť. Aque aűt viuētes ipa myſteria ſcripturaꝝ vocantur: qꝛ in ſe celeſtem habent virtutem. Et econtra ciſterne vocanť: ideſt collectiones aquaꝝ: dogmata hereticoꝝ: de quibus Dn̄s per Prophetā. Me dereliquerunt fontem aque viue ⁊ foderunt ſibi ciſternas diſſipatas: que ꝯtinere non valent aquas. (Que fluunt impetu de libano.) Hoc eſt manant de eccleſia que dealbata eſt ⁊ candidata baptiſmate ⁊ bonis operibus qđ libanus interꝑtatur. De hoc Libano hoc eſt de eccleſia fluunt: ideſt emanant aque doctrinaꝝ celeſtiuȝ. Et hoc cum impetu: ideſt cū magna virtute: qua oīa hereticoꝝ figmenta deſtruunť ⁊ ſubuertunť. Hinc ⁊ Pſalmiſta. Fluminis impetus letificat ciuitatē dei: ideſt virtus diuinoꝝ eloquioꝝ. (Surge Aquilo ⁊ veni Auſter: perfla hortuȝ meū ⁊ fluent aromata illius.) Numeratis eccleſie virtutibus ſub noīe aromatum: ſciens Dn̄s qui eſt ſponſus ⁊ redēptor eccleſie: ipſam eccleſiam ꝑſecutionibus eſſe multiplicādam ſubſequēter ipſe quodāmodo iubet venire perſecutionē: non ꝑcipiendo: ſed permittēdo. Surge inquit Aquilo: ⁊ veni auſter. Per Aquilonē ⁊ Auſtrum flatus perſecutionū ⁊ perturbationum intelliguntur cōtra eccleſiam ſeuientiuȝ. Aquilo quideȝ frigidiſſimus ventus eſt: Auſter calidus. Et ideo per Aquloneȝ terrores ⁊ mine deſignanť: per Auſtrum blandimentoꝝ decipule figurant: quibus duobus modis ꝓbatur eccleſia terroribus videlicet ⁊ blādimētis. Quod autem dicit Surge aquilo ⁊ veni auſter: non imꝑat malis: nec cogit eos ad mala facienda: ſed permittit: ⁊ facultatem illis dat vt poſſint ſeuire cōtra eccleſiam: quatenus per illoꝝ malitiaȝ eccleſia ꝓbetur: ⁊ illi grauius puniantur. Nouit enim Dn̄s de malis hominū: bona quedam facere: ſed ⁊ ipſam perſecutionem in ſua poteſtate habet: vt non tātum ſeuiant quātum volunt. Unde ſcriptuȝ eſt. Qui facit ventis pondus: qꝛ videlicet flatibus perſecutionū modum impendit: iuxta qđ Apoſtolus dicit. Faciet cum tentatione prouentum: vt poſſitis ſuſtinere. Perfla inquit hortuȝ meū: hoc eſt eccleſiam meā. Et fluent aromata illius: hoc eſt flagrantia virtutum ⁊ odor bonorum operum ex illa procedent. Quo enim acerbius eccleſia conteritur eo maiorem virtutum odorem ex ſe emittit.

Cap. V.

VEniat dilectus meus in hortū ſuū: vt comedat fructuȝ pomoꝝ ſuoꝝ. Ueni in hortum meum ſoror mea ſponſa: meſſui myrrhā meam cuȝ aromatibus meis. Comedi fauuȝ cū melle meo: ⁊ bibi vinū meum cū lacte meo. Comedite amici ⁊ bibite: ⁊ inebriamini charíſſimi.

riſſimi. Ego dormio ⁊ cor meū vigilat. Uox dilecti mei pulſantis. Aperi mihi ſoror mea: amica mea: colūba mea: immaculata mea: q2 caput meum plenū eſt rore: ⁊ cincini mei guttis noctiū. Expoliaui me tūica mea quo mō induar illa? Laui pedes meos quo mō inquinabo illos? Dilectus meus miſit manū ſuā per foramē: ⁊ vēter meus intremuit ad tactū eius. Surrexi vt aperirem dilecto meo. Manus mee ſtillauerūt myrrhā: ⁊ digiti mei pleni myrrha probatiſſima. Peſſulum hoſtij mei apui dilecto meo: at ille declinauerat atq3 tranſierat. Aīa mea liquefacta eſt: vt dilectus locutus eſt. Queſiui ⁊ nō inueni illū: vocaui ⁊ non rñdit mihi. Inuenerūt me cuſtodes qui circuierunt ciuitatē. Percuſſerūt me ⁊ vulnerauerūt me: tulerunt pallium meū cuſtodes murop̄. Adiuro vos filie hieruſalē ſi inueneritis dilectū meū vt nuncietis ei: q2 amore langueo. Qualis eſt dilect9 tuus ex dilecto: o pulcherrima mulierp̄? Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto: q2 ſic adiuraſti nos? Dilectus meus candidus ⁊ rubicūdus: electus ex milib9. Caput eius aurū optimum: Come ei9 ſicut elate palmap̄: nigre quaſi coruus. Oculi eius ſicut columbe ſuper riuulos aquap̄ que lacte ſunt lote: ⁊ reſidēt iuxta fluenta pleniſſima. Gene illius ſicut areole aromatum cōſite a pigmentarijs. Labia eius lilia diſtillantia myrrhā primam. Manus illius tornatiles auree: plene hyacintis. Uenter eius eburneus: diſtinct9 ſaphyris. Crura illius colūne marmoree: que fundate ſunt ſuper baſes aureas. Species eius vt libani: electus vt cedri. Guttur illius ſuauiſſimū: ⁊ totus deſiderabilis. Talis eſt dilectus meus ⁊ ipſe eſt amicus meus filie hieruſalē. Quo abijt dilectus tuus o pulcherrima mulierp̄: quo declinauit dilectus tuus? Et queremus eum tecum.

Audiens eccleſia perſecutionē vocari tanq̄ ſe preparans ꝯtra aduerſa dicit: Ueniat dilectus meus in hortū ſuum: hoc eſt veniat Chriſtus ſponſus meus quē toto corde diligo ad eccleſiā ſuam vt comedat fructū pomop̄ ſuop̄: ideſt delectetur atq3 paſcatur bonis operib9 fidelium ſuop̄. Nam cibus dñi bona noſtra opera ſunt: ſicut ipſe fidem Samaritanop̄ vel gētium intuens dixit apl'is. Ego cibum habeo mādūcare quem vos neſcitis. (Ueni in hortum meū ſoror mea Sponſa.) Deſideranti eccleſie vt ad ſe veniat Sponſus reſpōdet ſe iam hoc feciſſe: Ego iam veni. Nā nō eſt impatiuus veni ſed preteritū indicatiui: O ſoror mea Spōſa iam ego veni in hortum meū. i. iam viſitaui eccleſiā meā ⁊ quondie viſito ⁊ virtutum illius tanq̄ pomis paſcor atq3 odore fruor: Uenio ad eam vt errātes corrigam: infirmantes roborē: dubios confirmē: ⁊ pfectos quoſq3 premijs celeſtibus donem. (Meſſui myrrhā cū aromatib9 meis.) Per myrrham deſignanť illi qui vitam martyrio finierunt: vel etiā carnē ſuā cū vitijs ⁊ ꝯcupiſcētijs mortificauerūt. Aromata vō ſunt opa ſcōp̄ vītutū bone opinionis odorib9 fragrantia. Mittit ergo Dñs myrrhā cum aromatib9 ſuis: qn̄ ſanctos Martyres vel reliquos electos bonis opibus inſignes ab hac vita falce mortis pcidit: atq3 ad maturitatē bonop̄ opep̄ pductos in horrea ſupne quietis recōdit. (Comedi fauum meū cū melle meo: bibi vinū meū cū lacte meo.) Per fauū ⁊ vinum ſancti pdicatores figuranť: per mel vō ⁊ lac boni auditores. Fauus enim pdicatores ſunt qui archana ⁊ īrima ſcripturap̄ myſteria quaſi mella de fauis pducūt: ⁊ predicādo alijs manifeſtant. Mel vō ſunt boni auditores qui dulcedinē verbi dei attēte percipe eaq3 delectabiliter paſci ſtudēt. Uinū ſunt ipſi pdicatores qui ⁊ fauus: qui fortia queq3 ſacramēta ſcripturap̄ annūciant. Lac vō ſunt infirmi qui ⁊ auditores qb9 apta myſteria quaſi lac paruulis ꝯueniunt. Cum ergo hop̄ oīum vita diuerſis modis ⁊ ſtudijs agatur: hop̄ tñ oīum bona intentione redēptor delectať ⁊ paſcitur: ⁊ ſic quaſi fauum cū melle comedit: ⁊ vinū cum lacte bibit. Poſſumus hoc etiam ad mortē electop̄ referre: quos Dñs comedit cū ad eternā quietem vocat per mortem: ⁊ corpori ſuo: hoc eſt ſocietati electop̄ in illa iam celeſti felicitate letantium ꝯiungit. Quod ſi hoc non accipimus: in melle debemus eos accipere quop̄ aīe iam celeſti gloria letanť: In fauo vō eos qui iā corpore: ⁊ aīa in illa beatitudine laudant deū: Et in illo gaudent perpetuo: quales ſunt illi qui cum Dño ſurrexerunt. (Comedite amici bibite ⁊ inebriamini chariſſimi.) Non ſolū Dñs profectu iuſtop̄ gaudet: verū etiam nos hortať vt in illop̄ virtutibus gaudeam9: ⁊ illos imitemur. Comedite inq̄t amici: hoc eſt fideles mei: q2 amici mei eſtis faciēdo que iubeo. Chariſſimi mei eſtis pfecta me animi charitate diligendo. Comedite inquit ergo ⁊ bibite. i. ſanctop̄ bonis actibus cōgaudete: ⁊ illos vobis ad imitādū ꝑponite. ¶ Notādū vō q2 dič bibite ⁊ inebriamini chariſſimi. Ebrietas aliqn̄ pro ſaturitate ponitur in ſcripturis. Sicut de fratribus Joſeph ſcriptū eſt. Biberunt ⁊ inebriati ſunt coram eo. Et Pſalmiſta. Uiſitaſti terram ⁊ inebriaſti eā: ideſt ſatiaſti ⁊ repleſti. Hortatur ergo nos vt non ſolum comedamus ⁊ bibamus: verū etiam ſaturemur: q2 ſunt qui comedunt ⁊ nō ſaturanť. Hi videlicet qui verba dei: corporis quidē aure percipiunt ſed opere adimplere cōtemnunt. At vō electi quiq3 ⁊ comedūt ⁊ ſaturantur: quia videlicet predicationē diuinam delectabiliter audiunt: internis ſenſibus recondunt: ⁊ opere adimplere ſatagunt. De quibus Pſalmiſta dicit. Edent pauperes ⁊ ſaturabuntur. Si vō (vt ſupius dictū eſt) de morte ſanctop̄ hoc acceperimus: amici ⁊ chariſſimi angelici ſpiritus intelliguntť: quos iubet Dominus cōgratulari electis ſuis cum ab hac vita ad eterne beatitudinis requiem transferunť: iuxta quod in euangelij parabola legitur. Cōgratulamini mihi: q2 inueni ouē meā que perierat. (Ego dormio ⁊ cor meū vigilat.) Uox eccleſie. Ego dormio: q2 aliquantula pace largiēte Spōſo meo requieſco: Nec tales patior preſſuras q̄les primitiua eccleſia. Et ideo cor meū vigilat: q2 ſecurius ꝯceſſa mihi pace amore Spōſi mei inhereo: ⁊ ad illū oculis cordis mei intēdo. Sed q2 hoc tēpus nō eſt requiei ſed potius laboris ⁊ certaminis: rurſus Spōſus eccleſiā ſuā ad labores excitat ⁊ ad pdicationis certamen hortať. (Uox dilecti mei pulſantis.) Pulſat dilect9: cū Chriſt9 fideles ſuos ad pfectū vītutū hortať: ſiue pulſat cū eos ammonet

vt p̄ximos predicādo lucrent̄. Eſt ⁊ tertia pulſatio qua pulſat dominus electos ſuos cum per egritudinis moleſtias eſſe mortem vicinam deſignat. De qua pulſatione in euangelio dicitur. vt cum venerit ⁊ pulſauerit cōfeſtim aperiāt ei. Sed hoc loco pulſare dicitur: hoc eſt eccleſiam ad opus predicationis inſtigare. (Aperi mihi ſoror mea: amica mea: columba mea: immaculata mea.) Aperi mihi ſoror mea: ſoror quia coheres regni mei facta. Amica mea: qꝛ de iugo ſeruitutis liberata archana veritatis mee cognouiſti. Columba mea: qꝛ ſpiritus mei dote ſanctificata. Immaculata mea: qꝛ effuſione mei ſanguinis ab omni peccatorum macula ⁊ neuo purgata es. Aperi mihi hoc eſt de quiete ⁊ ocio dilecte tibi contemplationis egredere ad opus predicationis. (Quia caput meum plenū eſt rore: ⁊ cincinni mei guttis noctium.) Caput chriſti vt Apoſtolus dicit deus eſt: cincinni vero ſunt intime cogitationes ſanctorū: que non laxe ⁊ diſſolute fluunt ſed vinculo timoris ⁊ amoris dei colliguntur. Ros vero ⁊ gutte noctiū hoc loco tenebroſas ⁊ infidelitate plenas frigidaſqꝫ mentes ſignificant: caput ergo ſponſi plenū eſt rore: cum ſeculares quiqꝫ ſeculi amore a charitate torpeſcunt iuxta qd̄ Dn̄s dicit: Abūdante iniq̄tate refrigeſcit charitas. Et cū tales ſanctos dei: celeſtia meditātes pſequūtur ⁊ odiunt: quaſi cincinni ſponſi pleni ſunt guttis noctiū. Cū ergo tales multiplicant̄ ⁊ grauāt eccleſiā: tunc Spōſus ammonet Spōſam ſuā vt ſurgat ⁊ operi p̄dicationis inſiſtat. (Expoliaui me tunica mea: quo mō induar illa?) Prouocata eccleſia a Spōſo ſuo ad officiū p̄dicationis r̄ndet. Expoliaui me tunica mea: q̄ mō īduar illa? Exui inquit me curis ⁊ occupationib' iſtius ſeculi ſine q̄bus officiū p̄dicationis aut vix aut nullatenus agit̄: ⁊ quo mō fieri pōt: vt ad ea que deſerui iteꝝ reuertar? Nā q̄ ſe ad officiū p̄dicationis ſuſcipiēdū aptat: debet queqꝫ t̄palia ſubditis p̄uidere: que ſine magna ſollicitudine agi nō poſſunt. Qꝫ aūt tunica ſollicitudīes ⁊ curas ſeculi ſignificet Dn̄s oſtendit dicens in euāgelio. Et qui in tecto eſt: non deſcendat tollere tunicā ſuam: qd̄ eſt apte dicere: qui in ſublimi ↄtēplationis arce ↄſiſtit nō deſcēdat vt iteꝝ occupationib' ſeculi implicet̄. Timet ergo eccleſia vel aīa queqꝫ ſancta hac tunica exuens in ↄtēplatione ſui ↄditoris regeſcens iteꝝ illam indui: ⁊ ſecularib' negocijs occupari. (Laui pedes meos: quo mō inquinabo illos?) Laui pedes meos: hoc eſt actiōes q̄b' puluerē tāgere hoc eſt terrena agere ↄſueuerā dignis penitētie fletib' ablui: adeo vt nihil nūc niſi diuina me libeat meditari: Quo mō inquinabo illos. i. quo mō pōt fieri vt iteꝝ ad cogitāda terrena ⁊ caduca redeā: que nūc ex occupato ⁊ libero corde diuino fruor cōtuitu. (Dilect' meus miſit manū ſuā per foramē ⁊ vēter meus intremuit ad tactū eius.) Dilectus manū per foramē mittit ⁊ ventrē tāgit cū interna ↄditor inſpiratione viſitat cor ⁊ ad p̄fectum virtutū accēdit: ſiue etiam cū nos ad memoriā opeꝝ ſuoꝝ reuocat vt cogitemus: qꝛ cū eſſet Deus: homo pro nobis fieri dignatus eſt: vt terrena noſtra ſuſcipiens celeſtes nos faceret: ⁊ moriendo pro nobis: vitā eternā nobis daret: Quod cū fit venter intremit: qꝛ cū talia cogitare incipimus cordis noſtri archana ſe cōcutiunt: dum ſtupere incipimus quāta dignatione hec Cōditor pro nobis agere dignatus eſt. Nāqꝫ venter cor ſignificet oſtēdit Propheta dicens. Ventrē meū doleo. Quod q̄d eſſet oſtēdit ſubdens. Senſus cordis mei diſſipati ſunt. (Surrexi vt aperirem dilecto meo.) Aperimus dilecto nō ſolum cū aduentum eius per charitatē ſuſcipimus: verū etiam cū alijs p̄dicamus: ⁊ eos qui per malitiam pectus clauſerant noſtra predicatione conuerſos facimus: vt ipſi quoqꝫ ianuam cordis Chriſto aperiant. Bene aūt p̄mo dicit ſurrexi: deinde: vt aperirē. Qui enī predicando alioꝝ corda Chriſto vult aperire: prius debet ſurgere: hoc eſt ad ſtudia bonoꝝ opeꝝ erigi: ⁊ opere implere qd̄ p̄dicat: ne forte cū alijs p̄dicauerit: ipſe reprobus efficiat̄. Hinc ⁊ Lucas de Dn̄o dicit. Que cepit Jeſus facere ⁊ docere. Prius dixit facere: deinde docere. (Manus mee ſtillauerūt myrrham: ⁊ digiti mei pleni myrrha p̄batiſſima.) Per manus quibus op̄amur ipſa op̄atio deſignat̄: per digitos vero diſcretio op̄ationis: qꝛ in nullo mēbro tāte ſunt diſtinctiones articuloꝝ q̄nte in digitis. Manus eccleſie myrrhā diſtillant cū p̄dicatores eius ↄtinentie: ⁊ mortificationis carnis ſue op̄am dant dicētes cū Ap̄lo. Caſtigo corpus meū ⁊ in ſeruitutē redigo: ſiue cū pro Chriſto mori parati ſunt: ſicut Joānes dicit. Si Chriſtus pro nobis animā poſuit vel mortuus eſt: ⁊ nos debemus pro fratribus aīas ponere. Digiti vero ſunt pleni myrrha p̄batiſſima: cū ip̄m opus mortificationis ſubtiliter diſcernimus: vtꝝ pro ſpe vel intuitu ſuperne mercedis fiat: an pro ſeculi laudibus. Qui enim pro humanis fauorib' ieiunat vel abſtinētie ſiue ↄtinentie opibus inſiſtit: in manibus quidē myrrhā habet: ſed in digitis non hēt: qꝛ nō diſcernit: q̄re hoc faciat: de q̄libus Dn̄s dicit. Receperūt mercedē ſuā. Siue manus ſponſe diſtillant myrrhā: cum op̄arij ſancte eccleſie caſtimonie ⁊ ↄtinētie ſeipſos aptant. (Peſſulū hoſtij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat atqꝫ trāſierat.) Peſſulū hoſtij aperit cū eccleſia: vel fidelis queqꝫ aīa cor aduenienti ↄditori p̄parat: Et ille declinauerat atqꝫ tranſierat: Plerūqꝫ enim dum ſubtilia queqꝫ tractare volumus: quāto ſubtilius intēdimus tāto acies cordis reuerberat̄. Unde Salomon dixit: ſapiēs efficiar: ⁊ ipſa lōgi' receſſit a me. Et Pſalmiſta. Accedet homo ad cor altum: ⁊ exaltabitur deus. Quāto enim quiſqꝫ ad ↄtemplationē diuinā purificatione carnis cor ſuſtollit tanto altius qd̄ querebat eſſe inuenit. Dicit ergo. At ille declinauerat atqꝫ trāſierat: qꝛ nemo in preſenti vita eum ſicuti eſt: cōprehēdere poteſt. (Aīa mea liquefacta eſt vt dilectus locutus eſt.) Quāto inquit vicinius aduētum Sponſi mei perſenſi ad tactū ſecrete inſpirationis tanto magis quicq̄d in me erat frigidū incaluit ita vt nihil mihi libeat iam niſi in lachrymis reſolui. Loquit̄ eniꝫ Sponſus interna ſui inſpiratione: cū Chriſtus ſanctam aīam inſpirat: eiqꝫ celeſte deſideriū ſuggerit. Et ita coloquēte: Liqueſcit: qꝛ quo magis celeſtibus afflatur deſiderijs eo amplius terrenis emorit̄ ⁊ quaſi inſenſibilis mūdo efficit̄: ſoliqꝫ deſiderio celeſti viuit. hoc eſt etiā quod per Prophetā Dn̄s dicit: Quis cecus niſi ſeruus meus? Quis ſurdus niſi ad quē cauſā per nūtios meos miſi? (Queſiui illū ⁊ non inueni.) Ingeminat iteꝝ cauſam doloris ſui. (Queſiui illū ⁊ nō inueni: Vocaui illū ⁊ non reſpōdit mihi.) Oībus quidē ſe pie querentibus ſemper adeſt Dn̄s: ſe inuocātibus r̄ndet: ideſt ad ſalutē exaudit: ſed plerūqꝫ fidelem aīam ⁊ ad ſe venire deſiderantem nō exaudit ad hoc vt ita ſe ei in p̄nti oſtēdat ſicut ſe in futurum oſtēſuꝝ promiſit. Vel etiam non reſpōdit: ideſt non exaudit ad hoc vt ad libitum ſuū ſanctus quiſqꝫ vinculis corporis exuatur: ⁊ liberis amplexibus Sponſi ſui demulceatur. Nam quādo Apoſtolus dicebat Cupio diſſolui ⁊ eſſe cū Chriſto: quaſi querebat inherere Sponſo ſuo ⁊ vocabat illum deſiderio mentis: ſed non reſpondebat illi: quia non ſtatim de corpore eum liberabat ſed adhuc laboribus exerceri ⁊ vtilitatibus Eccleſie inſudare permittebat. (Inuenerunt: me cuſtodes

me cuſtodes: qui circueunt ciuitatem: percuſſerunt me: vulnerauerunt me: tulerunt mihi pallium meum cuſtodes murorum.) Uigiles qui cuſtodiunt ciuitatem ſancti ſunt doctores: qui charitatem dei .i. eccleſiam circumeunt per vigilem eius curam habentes quo illam ⁊ ab aduerſarijs tueantur ⁊ verbo ſuo vel exemplo ad celeſtia deſideranda accendant. Inueniunt ergo ſponſam dilectum querentem: cum ſancti doctores animaʒ celeſtibus deſiderijs intentam vel preſentes verbo vel abſentes ſcriptis ſuis inſtituunt ⁊ informant. Percuſſerunt me inquit ⁊ vulnerauerunt. Uerbū dei gladius eſt dicente Apoſtolo. Uiuus eſt ſermo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti pertingens vſqꝫ ad diuiſioneʒ anime. Hoc gladio ſponſa percutitur ⁊ vulneratur quando predicatoris ſermo de deo loquitur ⁊ auditoris mentem veluti quodaʒ ſpiculo compunctionis ⁊ amoris tranſfodit. Tulerunt mihi palliū: hoc hic pallium quod ſuperius tunica intelligitur: vbi dicitur: ſpoliaui me tunicam meam: tegmen videlicet ſecularium deſideriorum: quod cuſtodes auferunt: qꝛ quicquid de amore preſentis ſeculi in mente alicuius ſancti remanſit totum ſancti doctores auferunt: ⁊ eam ſolummodo chriſtum diligere faciunt. Hij tales poſſunt dicere cuʒ Apoſtolo. Mihi mundus crucifixus eſt ⁊ ego mundo. Cuſtodes murorum. Muri ciuitatis ſunt doctores eccleſie. Cuſtodes ergo murorum illi ſunt qui etiaʒ illos inſtruunt qui alijs predicare poſſunt. Qualis erat Paulus qui Timotheū Tituʒ muros vtriqꝫ huius ciuitatis inſtruebat ⁊ cuſtodiebat: hoc eſt exhortabatur ad perfectionem boni operis. (Adiuro vos filie Hieruſalem ſi inueneritis dilectū meū vt annūtietis ei: qꝛ amore langueo.) Filie Hieruſalē ſunt anime fideles que vel adhuc in preſenti peregrinātur vel etiā chriſto fruunẗ .i. filie ſuperne illius ciuitatis in qua eſt ſuperna pax ⁊ felicitas diuine contēplationis. Sed hoc loco filias Hieruſalem animas debemus accipere deuʒ deſiderantes: ſʒ adhuc in hac peregrinatiōe verſantes. Adiurat ergo ſponſa filias Hieruſalem vt nuntient ſponſo: qꝛ amore languet. Tunc enim anima fidelis amore languet: cuʒ fideles alios deſiderantes deuʒ: pro ſe deprecaẗ vt ſuū deſiderium chriſto inſinuent: eiqꝫ nuntient ſuo amore illam teneri. Bene autem ſe amore languere dicit: quāto enim ſuperna deſiderare cepit: tanto magis erga ea que mundi ſunt infirmatur ⁊ langueſcit. Nec miruʒ ſi tales languere dicuntur: cuʒ Apoſtolus eos mortuos dicat. Mortui inquiens eſtis ⁊ vita veſtra abſcondita eſt cuʒ chriſto in deo. Ita ergo adiuranti ſponſe: reſpondent filie Hieruſalem. (O pulcherrima mulierū: qualis eſt dilect⁹ tuus ex dilecto: qꝛ ſic adiuraſti nos.) Hoc tunc fit quando quis fidelis fratrem fidelem alloquiẗ ⁊ inuicem ſibi celeſtium deſideriorum verba ſuggerūt quibus ſe ad ſupernorum amorem accendant. Indica mihi inquit tanquā deſideranti ⁊ iam ad viſionem cōditoris mei venire cupienti qualis eſt dilectus tuus .i. qualiter chriſtus amari debeat. Iamdudum inquit illum timere cepi: ſed iam charitate timorem expellente opto audire verba quibus ad amorem illius accendar. Tu ergo que illum iam amore queris: cuiuſqꝫ amore langues: dic mihi qualis eſt dilectus tuus ex dilecto. Dilectus ex dilecto filius eſt ex patre: ſicut eſt deus ex deo: lumen de lumine. Uel etiaʒ dilectus ex dilecto eſt chriſtus: ex ea parte videlicet qua diligendus eſt nō ex ea qua timendus. Nam timere minus perfectoruʒ eſt. quos timor a peccatis reuocat. Amare vͦ iam perfectoruʒ eſt. Interrogat ergo qualis ſit dilectus ex dilecto .i. qualiter chriſtus amari debeat: vel qualis ſit erga illos qui illum tā amare nouerunt. (Dilectus meus candidus ⁊ rubicūdus: electus ex milibus.) Uox reſpondentis eccleſie. Dilectus meus candidus virginitate: rubicundus paſſione. Candidus: qꝛ ſine peccato natus eſt: ⁊ ſine peccato eſt conuerſatus. Peccatum eniʒ non fecit nec dolus inuentus eſt in eo. Rubicūdus: qꝛ lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Electus ex milibus. Singulari enim gratia homo chriſtus in humani generis maſſa refulſit: qꝛ per illū propoſuit deus ſaluare genus humanum: ⁊ ipſe eſt mediator dei ⁊ hominū Ieſus chriſtus. De quo pſalmiſta. Non eſt qui faciat bonum nō eſt vſqꝫ ad vnuʒ. Et Salomon. Uirū de mille vnū repperi .i. chriſtū. Et ipſe in pſalmo. Singulariter ſum ego donec tranſeam. Electus ergo ex milibus: qꝛ ſolus ex multitudine ſanctorum dignus fuit audire. Hic eſt filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui. (Caput eius aurum optimuʒ.) Caput ſponſi deus eſt: iuxta qð Apoſtolus dicit. Caput chriſti de⁹: qui auro optimo comparatur: qꝛ ſicut aurū omnibus metallis eſt precioſius: ita omnipotens deus omnibus a ſe factis bonis ꝓcellit ⁊ ſupereminet. Unde dominus. Nemo bonus niſi ſolus deus. Caput ergo ſponſi aurum optimum eſt: qꝛ dei bonitas ineffabilis eſt: omnium rerum bonitatē tranſcendens: qꝛ nihil bonuʒ niſi participatione huius ſūmi boni. (Come eius ſicut elate palmarū: nigre quaſi coruus.) Come ſpōſi ſunt multitudines fideliū propter fidem ⁊ dilectionē deo adherentes: que elatis palmarum comparantur. Dicamus iuxta litterā de elatis palmarum. Elate palmarum ſunt rami productiores ⁊ excellentiores: interdum aureo colore criſpantes: ⁊ ſemper ad excelſa tendentes: ⁊ nunquam viroreʒ ſuū amittentes. Tales ergo dicit comas ſponſi ſui criſpas videlicet ⁊ rutilas. Nonnulli dicunt elatas palmarum ſpeciē eſſe arboris aromatice quā latini Abietē ſiue Spatam vocant. Nam grece abies elates dicitur. Eſt auteʒ hec ſpecies apta conficiendis vnguētis. Abieteʒ vͦ hic nō magnam illā arborē que eſt nauigijs vel domibus apta: ſed vt diximus ſpeciē aromatice arboris debem⁹ accipere. Hec iuxta litterā de elatis palmarum. Come ergo ſponſi elatis palmarū comparanẗ: qꝛ fideliū multitudines: ⁊ virore fidei gaudēt: ⁊ ad eterna ꝑmia deſideranda extolluntẗ: atqꝫ ſuperne ſuauitatis dulcedineʒ degustant: quā quāto magis percipiunt: tanto amplius in oculis ſuis peccatores ſibi ⁊ contemptibiles eſſe videntur. vnde ſequitur. Nigre quaſi coruus. Come eniʒ ſponſi nigre ſunt quaſi coruus: quia fidelium multitudines ſue fragilitatis conſcie ſunt: ⁊ nihil ſe boni ex ſeipſis habere nouerunt. Uel etiam elate palmarū ſunt in ſpe ⁊ victoria. Nigre vͦ quaſi coru⁹: qꝛ deſpecti ⁊ cōtemptibiles ſunt preſſuris huius ſeculi. Elate palmarū ſunt ſancti qui per grām dei ad celeſtis victorie palmā tendunt. Nigre quaſi coru⁹: qꝛ per ſe īfirmos ⁊ peccatores ſe eſſe cognoſcūt. Poſſunt etiā come ſpōſi angelice virtutes accipi: que deo ſpecialr inherent ſicut come capiti: eiqꝫ e vicino contemplantur. Que bene elatis palmarum comparantur: qꝛ nunquā a ſtat⁹ ſui rectitudine inclinanẗ: ſed in dignitate officij ſui īmaculate permanent. Que quāto magis claritatē ſui conditoris cōtemplantur in eo: tanto vile ſit omne creatū in eius comparatione aſpiciunt: ⁊ ideo quaſi coruus nigre eſſe dicuntur. (Oculi eius ſicut columbe ſuper riuulos aquaruʒ que lacte ſunt lote.) Oculi ſponſi ſunt dona ſpirit⁹ ſancti: qð oſtendit Ioannes in Apocalypſi dicēs. Uidi agnū tanquam occiſum habenteʒ cornua ſeptem ⁊ oculos ſeptē:

qui ſunt ſeptem ſpiritus dei miſſi in omnē terraꝫ: vnde
bene columbis ſuper riuos aquarum comparantur: qꝛ
ſpiritus ſanctus puris ⁊ ſynceris mentibus delectatur.
Non eñi ſuper ſtagna vel paludes: ſꝫ ſuper riuos aqua/
rum colūbe reſident: qꝛ ſpiritus ſanctus caſtas ⁊ mun/
das mentes (vt dictū eſt) ſibi habitaculum facit. Que
lacte ſunt lote. Lactis noīe gratia dei intelligiẗ: que per
ſpiritū ſanctum eccleſie tribuiẗ: ⁊ qua veluti lacte par/
uuli ira eccleſia nutriẗ. Poſſumus ⁊ per oculos Sponſi
doctores accipe que colūbis cōparantur ꝓpter inocen/
tiam ⁊ ſimplicitatē. Que colūbe ſuper riuos aquaꝝ reſi/
dent: qꝛ ſancti Doctores fluentis diuinaꝝ ſcripturaruꝫ
īmoranẗ. Colūbe ſuper riuulos aquaꝝ reſident vt aduē
tuꝫ accipitris a longe ꝓſpiciant ⁊ precaueāt: ſic ⁊ ſancti
Doctores aqua baptiſmatis perfuſi: nitore caſtitatis ⁊
ſanctimonie dealbati: reſidēt iuxta fluenta pleniſſima:
hoc eſt iuxta ſcripturaꝝ exuberātem ſciētiam. Si quid
vo putamus diſtare inter riuulos ⁊ fluenta pleniſſima:
dicēduꝫ eſt per riuulos veteris teſtamēti ſcripturas ex/
primi: per fluenta pleniſſima: copioſam ſancti euangelij
doctrinaꝫ deſignari. Iſte ergo columbe ⁊ ſuper riuulos
aquaruꝫ ſunt: ⁊ iuxta fluenta pleniſſima reſident: quia
ſancti doctores aſſidue tam veteris teſtamenti ꝙ̄ noui
myſteria perſcrutantur. (Gene illius ſicut areole aro/
matum conſite a pigmentarijs.) Gene ſponſi modeſta
chriſti pietas vel ſeueritas: ſiue habitus vult⁹ illius ac/
cipitur. Nā in genis viri letitia vel modeſtia: ſeueritas
quoqꝫ ⁊ pietas deprehendiẗ. Ideoqꝫ in genis ſponſi re
demptoris noſtri iſtius habitus vultus accipiẗ. Gene
illius erant cuꝫ exultaret in ſpiritu (vt euāgeliū dicit)
vel cum fleret ſuper mortuū Lazarū: vel cū doleret ſu
per perituram Hieruſalem ⁊ plura id genus. Que ergo
gene ſponſi areolis aromatū comparanẗ. Sicut enim
areole aromatum optime cōpoſite ⁊ ordinate aſpectū
intuentiū delectant eiſqꝫ odoreꝫ ſuū ꝓpinant: ita chri/
ſti manſuetudo ⁊ abſentes fama ⁊ preſentes re ipſa de/
lectabat: ⁊ ad ſui dilectionē ꝓuocabat. Que ergo areole
a pigmentarijs condite ſunt. Pigmentarij ſunt ꝓphete
vel Apoſtoli quorum alteri futura oīa: alteri iam facta
deſcripſerūt. (Labia eius lilia diſtillantia myrrhā pri/
mam.) Per labia ſponſi verba domini Ieſu chriſti ac/
cipiuntur: que lilijs comparanẗ: qꝛ cādoris eterni ꝓmia
annuntiant. Diſtillant myrrham primaꝫ: qꝛ per carnis
mortificationē ad hec ꝑueniendū docēt. Uel etiā lilijs
labia domini cōparanẗ: qꝛ caſtitatis ⁊ munditie opera
docent. Diſtillant myrrhā primā: qꝛ queciqꝫ aduerſa
patienter perferenda inſinuant. Labia dñi lilia erant:
cum docens in monte diceret: Beati pauperes ſpiritu:
beati mites: beati miſericordes: beati mūdo corde. Di/
ſtillabant myrrham primā cum poſt hec ſubiungeret.
Beati qui perſecutionē patiunẗ ꝓpter iuſtitiā. (Ma/
nus illius tornatiles aure plene hyacintis.) In mani/
bus ſponſi operatio ſaluatoris exprimitur. Sicut enim
quis facile torno operatur: nec regula vlla indiget: ſic
operatio redemptoris facilis erat. quicquid enim vole
bat ilico perficiebat: quia dixit ⁊ facta ſunt. Et de quo
Euangeliſta dixit. Erat quaſi in poteſtate habēs ſermo
nem. Auree autem erant: qꝛ operatio illius diuinitatis
peragebatur potentia. Nam in auro diuinitas figuraẗ:
qꝛ ſicut aurū cetera metalla antecedit ⁊ precioſius eſt:
ita diuinitas omnibus ſuis operibus ineffabili modo
cūctoꝝ ſtudia ⁊ operatiōes precellit. Plena hyacintis:
Hyacintus lapis eſt aerij coloris: qd ergo in hyacintinis
manibus niſi ſpes ⁊ deſiderium celeſte accipiẗ. Et ma/
nus domini plene ſunt hyacintis: qꝛ omnis eius ope/
ratio nos ad ſpem ⁊ deſideriuꝫ ſuperioꝝ excitat. Hya/
cinthus etiā eſt flos aromatic⁹ coloris purpurei boniqꝫ
odoris. Manus dñi plene ſunt hyacintis: quia in cruce
clauis ꝑforate ⁊ rubore ſui ſanguinis quaſi colore pur
pureo reſperſe ſunt. Sed ſuperior expoſitio de hyacin/
to lapide melius hic conuenit: qꝛ in alia tranſlatione
etiā lapis habetur. Dicitur enim manus eius tornati/
les plene ſunt tharſis. Tharſis autem lapis eſt quē nos
chryſolitū dicimus. (Uēter eius eburneus diſtinctus
ſaphyris.) In membris humani corporis nihil ventre
fragilius nihil tenerius. Ideoqꝫ per ventreꝫ fragilitas
humanitatis aſſumpte in chriſto accipitur. Ebur auteꝫ
eſt os elephanti qꝺ animal dicunt eſſe caſtiſſimuꝫ ⁊ na/
ture frigidiſſime. vnde ⁊ a dracone qui calide nature
eſt vehemēter appetitur. venter ergo ſponſi eburneus
eſt: qꝛ aſſumpta humanitas redemptoris nullam corru
ptionem nullam labem admiſit. Peccatum enim non
fecit nec dolus iuentus eſt in eo vllus. Fragilitatē qui/
dem carnis aſſumpſit: ſed tamen totius peccati immu/
nis fuit: ſicut Serpens eneus qui a Moyſe in deſerto
exaltatus fuerat. Figuram quidē ſerpentis habuit ſed
malitia veneni caruit. Diſtinctus ſaphyris. Saphyrus
lapis eſt: celi ſereni habens colorē. vnde in viſione dñi
dicitur. Eſt ſub pedibus eius quaſi opus lapidis ſaphy/
ri: ⁊ quaſi celum cum ſerenum eſt. Per ſaphyros: ergo
opera diuine maieſtatis intelliguntẗ que in carne perfi
ciebat. Uenter ergo ſponſi diſtinctus erat ſaphyris: qꝛ
humanitas chriſti celeſtib⁹ virtutibus refulgebat. Nec
plenus diciẗ eſſe ſaphyris: ſed diſtinctus: ita videlicet
vt inter ſaphyros appareret eboris candor: qꝛ ſic dñs
operabatur ea que erant humanitatis: vt non relinque
ret ea que erant diuinitatis. Diſtincta eſt eniꝫ operatio
in chriſto diuinitatis ⁊ humanitatis. Naꝫ quod eſurie/
bat: qꝺ flebat: qꝺ laſſabaẗ: qꝺ ad vltimū crucifigi ⁊ mo
ri poterat: humanitatis opera erāt. Quod vo mortuos
ſuſcitabat: qꝺ omnibus infirmitatibus ſuccurrebat: qꝺ
ſeipſuꝫ a mortuis reſuſcitabat: euidentiſſima erant di/
uinitatis opera. (Crura illius colūne marmoree.) Cru
ra ſpōſi itinera ſunt Saluatoris quib⁹ homo fieri ⁊ ad
nos venire dignatus eſt. Que recte colūnis marmoreis
comparanẗ: qꝛ nihil marmore fortius: nihil colūna re/
ctius. Et crura ſponſi colūne marmoree ſunt: qꝛ omnia
itinera Dei ⁊ fortia ⁊ recta ſunt. De fortitudine dicit
pſalmiſta. Exultauit vt gigas: ⁊c̄. De rectitudine alibi.
Iuſtus dominus ⁊ iuſtitiam dilexit: equitatem vidit
vultus ei⁹. Et vniuerſe vie dñi miſericordia ⁊ veritas.
(Que fundate ſunt ſuper baſes aureas.) Hec crura ſu/
per baſes aureas fundatas eſſe dicit: qꝛ omnia que per
chriſtum vel in chriſto agenda erant diuinitatis conſi
lio ante mundi conſtitutioneꝫ preordinata ⁊ prefinita
ſunt. Aurum enim qꝺ (vt ſepe dictū eſt) precioſius eſt
ceteris metallis: diuini conſilij ſinceriſſimum ſecretuꝫ
ſignificat. De baſibus ergo aureis columne marmoree
procedunt: qꝛ ab initio ſeculi ordinata eſt incarnatio:
natiuitas: paſſio ⁊ ſurrectio. ceteraqꝫ myſteria ſaluato/
ris quib⁹ humanū genus redimereẗ. vnde ꝓpheta lau
dans dominum dicebat. Dñe deus meus honorificabo
te: laudē dicam nomini tuo: qui facis mirabiles res: cō/
ſilium tuū veruꝫ fiet. (Species eius vt libani: electus
vt cedri.) Libanus phenicie eſt mons: terminus iudee
contra ſeptētrionem: ⁊ eſt excelſior ceteris montibus.
Arbores etiā illius montis ⁊ proceritate ⁊ ſpecie ac ro/
bore: ceterarum ſyluaruꝫ ligna precellunt: ſicut inquit
libanus ceteris montibus iudee terre precelſior: ita re/
demptor noſter ſpecioſior eſt omnib⁹ electis. Quia ſpe

ciosus

cioſus forma pre filiis hominum. Et ſicut cedrus pulchrior ⁊ procerior eſt ceteris arboribus: ita ille gratia ⁊ dignitate omnes ab initio ſeculi p̄cellit. (Guttur illius ſuauiſſimū: ⁊ totus deſiderabilis.) Superius per labia ſponſi verba eius intellecta ſunt. Nunc per guttur ipſorum verboꝝ interior dulcedo ſignificat̃: qꝛ intellectus noſter ſatiat̃: ⁊ ad quā percipiendam inuitabat pſalmiſta dicens. Guſtate ⁊ videte qm̄ ſuauis eſt dominus. Et multi quidem verba domini facile intelligere poſſunt: ſed pauci ſunt qui dulcedinē illoꝝ valeant penetrare: hoc eſt qui p̄cepta domini ex amore ⁊ deſiderio ſtudeāt adimplere. Et totus deſiderabilis. Ac ſi diceret: Quid per ſingula eius membra deſcribēdo immoror: Totus eſt deſiderabilis ſponſus meus. Totus inquit: qꝛ perfectus deus: perfectus homo. Tot' ergo deſiderabilis eſt: qꝛ angelos ⁊ electos quoſq; ad ſuū deſideriū accendit. Iuxta qđ Apoſtolus dicit. In quē deſiderant angeli ꝑſpicere. Et q̄to qđ vicinius aſpicitur: tanto maiori affectu ad ſe aſpiciendū deſideriū ꝓuocat intuentis. (Talis eſt dilectus meus: ⁊ ipſe eſt amicus meus filie Hieruſalem.) Dilectus: qꝛ per fidē ⁊ charitatē illi inhereo. Amicus vero: qꝛ me de vinculo peccati redemptā amicā ſuam ⁊ ſecretoꝝ ſuoꝝ conſciam facere dignatus eſt. Quem quāto quiſq; plus diligit tanto amicitia eius dignus eſt. (Quo abijt dilect' tuus o pulcherrima mulierum:) Vox eſt filiarum Hieruſalē. i. eccleſiarum: ſiue etiam animarū ſanctarū. Nā ſponſa chriſti eſt eccleſia: Filie vero Hieruſalē ipſa eccleſia eſt que ex ſingulis fideliū animabus cōſtat. Aiunt ergo: Quo abijt dilectus tuus o pulcherrima mulierū. (Quo declinauit dilect' tuus: ⁊ queremus eum tecū:) Adiurauerat enim ipſa ſponſa ſuperius filias Hieruſalē vt nunciarent ſponſo ꝙ amore eius langueret. Interrogauerant de eodem filie Hieruſalem: Qualis eſſet ſponſus: ⁊ illa conſequenter formā ſui ſponſi expoſuerat. Nunc interrogant ipſe filie Hieruſalē: Quo abierit ſponſus ille vt querant eū cum ea. Hoc faciunt ſancte anime quando adinuicem de eterna ſalute colloquunt̃ flagrantes amore chriſti ⁊ eius aſpectum deſiderantes. Siue cum diligenter inueſtigant in quoꝝ maxime cordibus chriſtus requieſcat vt eoꝝ exemplo ⁊ conuerſatione edificent̃ur. Notandū autē qđ dicitur: Quo abijt vel quo declinauit dilect' tuus. Quaſi enim ad tempus declinat: dū queris vt ad maius deſideriū ad ſe ſequendum nos excitet. Ad hoc enī plerūq; differūt vota ⁊ orationes ſanctoꝝ: vt ardentius eū deſiderare incipiāt. Sicut ⁊ quōdā Marie ſe querenti nō ſtatim ſe oſtendit ſed in ſpecie hortulanī apparens: tandē ꝙ ipſe eſſet qui querebatur aperuit. Expandit ergo ſemper dn̄s electos ſuos: ſed tamē quaſi declinat: cum nō ſtatim poſtulata cōcedit. Bene autē dicit̃: Queremus eū tecū. Nā qui ſine eccleſia chriſtū querit: errare pōt: proficere nō poteſt.

Cap. VI.

Dilectus meus deſcendit in hortū ſuum ad areolam aromatum vt ibi paſcatur in hortis ⁊ lilia colligat. Ego dilecto meo: ⁊ dilectus meus mihi: qui paſcitur inter lilia. Pulchra es amica mea: ſuauis ⁊ decora ſicut hieruſalem: terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Auerte oculos tuos a me: qꝛ ipſi me auolare fecerunt. Capilli tui ſicut grex caprarum que apparuerunt de galaad. Dentes tui ſicut greges ouium que aſcenderunt de lauacro. Omnes gemellis fetibus: ⁊ ſterilis non eſt in eis. Sicut cortex malipunici: ſic gene tue abſq; occultis tuis. Sexaginta ſunt regine ⁊ octoginta concubine: ⁊ adoleſcentularum non eſt numerus. Una eſt columba mea perfecta mea: vna eſt matri ſue electa genitrici ſue. Uiderunt eam filie ſion ⁊ beatiſſimam predicauerunt: regine ⁊ concubine laudauerunt eam. Que eſt iſta que progredit̃ quaſi aurora conſurgens: pulchra vt luna: electa vt ſol: terribilis vt caſtroꝝ acies ordinata: Deſcendi in hortum nucum vt viderem poma conuallium: ⁊ inſpicerem ſi floruiſſet vinea: ⁊ germinaſſent malapunica. Neſciui. Anima mea ꝯturbauit me propter quadrigas aminadab. Reuertere reuertere ſunamitis: reuertere reuertere vt intueamur te.

Iam ſupra diximus qui ſit hort' chriſti: ſancta videlicet eccleſia: de qua ſupra dictū eſt. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa. Deſcendit inquit chriſtus in hortū ſuū: hoc eſt quē ipſe preparauit ⁊ excoluit: quē virtutum germinibus conſeuit: quem muro ſue cuſtodie ab incurſu malignoꝝ ſpirituū defendit. Et bene in hortum ſuum deſcendiſſe dicit̃. Nam in horto ſepeliri voluit: ⁊ p̄mū Marie magdalene in horto apparuit: ibiq; quodāmō primitias eccleſie cōſecrauit. Deſcendiſſe ergo dicitur quaſi de ſuperioribus ⁊ de celeſtibus ſedibus in hortū quem in humili loco plantauit: vt hortus. i. eccleſia ſua dicit: que eſt iſta que deſcendit per deſertū. Ad areolā inquit aromatū. Per areolā anima cuiuſq; fidelis intelligitur que diſciplina celeſti excultat: ⁊ diligenter cōpoſita ac laterum parilitate exquadrata eſt. Sed ad hoc ipſe deſcendit vt paſcat̃ (inquit) in hortis. i. vt pijs ſanctoꝝ laboribus delectetur. Ipſe enim bonis noſtris paſcit̃: itē vt in paupere ipſe reficiat̃. Et lilia colligat: hoc eſt vt ſanctas animas virtutis maturitate ad perfectū candorē perductas de hoc mūdo ad ſe colligat: ⁊ ſecū in eterna beatitudine gaudere faciat. Lilia enī ſancte ſunt anime: virtutū ſtudijs ⁊ bonis operibus cādidate. (Ego dilecto meo: ⁊ dilect' meus mihi: qui paſcitur inter lilia.) Ego dilecto meo: ⁊ dilectus meus mihi: ſubauditur gratā paſſionē ꝑparo. Et dilectus meus mihi: ſubauditur gratiā perfectionis vel premiū vite eterne remunerationis preſtabit: ſiue ego dilecto meo in meipſa manſionē preſtabo: ⁊ dilectus meus mihi: qꝛ ipſe in me habitat: ⁊ me in ſe habitare facit: ſicut ipſe in euāgelio dicit. Ego in vobis: ⁊ vos in me. (Pulchra es amica mea ſuauis ⁊ decora: ſicut Hieruſalem.) Querebat eccleſia ſponſū ſuum tanquā abſentē: ſed ille vt ſe ſemper preſentē oſtenderet: eiq; de ſe colloquenti: ſeq; deſideranti ſemper adeſſe demōſtraret: cito reſpondit. Pulchra es amica mea ⁊ decora ſicut Hieruſalē. Pulchra es qꝛ maculā ⁊ rugam peccati nō habes ſed omni nitore virtutū vernas. Amica mea. i. eccleſia vl' anima queq; fidelis. Suauis ⁊ decora ſicut Hieruſalē. Hieruſalem que viſio pacis interpretat̃ illā ſupernā ciuitatē deſignat in qua eſt vera pax ⁊ felicitas: quia ibi ſic gaudent ſancti de munere: vt non ſit qđ doleant de corru

ptione. Ergo eccleſia que adhuc in terris eſt vel anima queqꝫ fidelis ad ſimilitudinem illius Hieruſalem ſuauis eſt ⁊ decora: qꝛ illam pacem inquãtũ poteſt imitatꝛ. (Terribilis vt caſtroꝝ acies ordinata.) Terribilis eſt eccleſia malignis ſpiritibus ⁊ eſt ordinata ſicut caſtrorum acies: cũ videlicet vnuſquiſqꝫ fidelis ordinẽ ſuũ ⁊ vocationẽ recte cuſtodit. Tres eniꝫ ſunt eccleſie ordines: doctoꝝ: ꝯtinentiũ: ⁊ coniugatoꝝ: que ſpecies in tribus viris illis demõſtrata eſt. Noe: Daniel: ⁊ Iob. Noe enim qui inter fluctus archã rexit ſanctos doctores ſignificat. Daniel celebs ⁊ caſtus: ꝯtinentium. Iob qui vxorẽ habuit ⁊ filios ordinẽ ꝯiugatoꝝ exprimit. Ergo ſancta eccleſia ordinata eſt ſicut acies caſtroꝝ: qꝛ vnuſquiſqꝫ ordo eccleſie velut in acie cõtra hoſtẽ malignorum ſpirituũ cõſiſtit: duꝫ ſancti doctores predicationi ⁊ doctrine operam impendunt. Continentes dum que mundi ſunt contẽnentes tm̃ que dei ſunt cogitant ⁊ liberi a terrenis cogitationibus: mente ſolũ deo vacant. Cõiugati elemoſynis ⁊ ceteris actualis vite bonis operibus inſiſtunt: ſicqꝫ vtunꝰ mundo vt que dei ſunt non deſerant. Hec ergo ordinatiſſima diſpoſitio eccleſie terribilis eſt imundis ſpiritibus velut acies caſtroꝝ ordinata ad bellum: qꝛ imperiũ ſuum ⁊ poteſtatem proferre non ceſſat vſqꝫ ad terminos totius orbis. Siue terribilis eſt vt caſtroꝝ acies ordinata: quia ſic vnitate charitatis cõnexa eſt ⁊ cõmunita: vt nulla ab hoſtibus peſte diſcordie poſſit penetrari. Nihil enim ſic terret malignos: quo modo charitas. (Auerte oculos tuos a me: qꝛ ipſi me auolare fecerunt.) Ac ſi diceret. Ego quideꝫ dedi tibi oculos colũbinos quibus me intueri ⁊ archana ſcripturarum penetrare valeres. Sed caue ne illos ad me videndum intẽdere velis: qꝛ duꝫ in preſenti viuis non potes. Non eniꝫ videbit me homo ⁊ viuet. Cũ autem vinculis carnis abſoluta ad me perueneris: tũc me aperta viſione videbis: ⁊ implebitur qđ in euangelio repromittitꝛ. Qui diligit me: diligetur a patre meo: ⁊ ego diligam eum ⁊ manifeſtabo ei meipſum. Qđ aũt dicit: qꝛ ipſi me auolare fecerunt: non eſt putandum ꝙ querentes ſe deſerat: ⁊ ab illis recedat: cuꝫ ipſe ꝑcipiat. Querite ⁊ inuenietis. Sed ita potius accipiendũ eſt: qꝛ quãto amplius quis diuinitatẽ maieſtatis dei perſcrutari voluerit: eo amplius intelligit qꝛ inſcrutabilis ⁊ incomprehenſibilis ſit. Et hoc eſt qđ pſalmiſta dicit. Accedet homo ad cor altũ ⁊ exaltabitꝛ deus. Ac ſi diceret. Lꝫ homo ad videndum deum cor ſublenet: exaltatur deus: qꝛ quãtus ſit cõprehendi non poteſt. (Capilli tui ſicut grex caprarum que apparuerunt de galaad.) Hi autem ſuperius expoſiti ſunt: ſed nõ pigeat iterato exponere quos non piguit ſpiritũ ſanctuꝫ repetere. Ideo bis iſtos verſiculos poſuit: vt certiſſimũ ⁊ ſtabile teneremus: qđ ſub repetitione cõfirmari audiremus. Capilli ſancte eccleſie multiplex: eſt ſubtiliũ cogitationum varietas. Et bene cõparantꝛ gregi caprarum. Nã capra peccatoris figura eſt. Unde ⁊ in lege precipitꝛ vt quicũqꝫ per ignorantiã peccauerit ⁊ cognouerit reatũ ſuum offerat pro delicto ſuo capram in holocauſtum. Capilli ergo eccleſie gregi caprarũ cõparantꝛ: qꝛ ſancti qui ſunt membra eccleſie omnes reatus cogitationis ſue per dignaꝫ penitentiã ⁊ per lachrymas iuſte compunctionis deflere ſatagunt. Bene autem de monte galaad apparuiſſe dicuntꝛ. Galaad īterpretatur aceruus teſtimonij. Ideoqꝫ per galaad mens ſanctoꝝ deſignatur: qui ſunt aceruus teſtimonij: qꝛ ꝑ omnia que ſeculi ſunt neglexere: ⁊ ſolum deſiderant deum ſic euidentibus atteſtantur indicijs. Poteſt etiã per galaad ipſe dominus ⁊ redemptor noſter intelligi. Galaad eniꝫ ⁊ montis ⁊ ciuitatis eſt nomen. De monte ergo galaad grex caprarũ apparuit: qꝛ eccleſia ſuper chriſtum fundata eſt: ſicut ipſe dicit. Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper montem poſita. Ipſe eſt aceruus teſtimonij qui multitudini prophetarum ⁊ patriarcharum ⁊ geſtis ⁊ ſcriptis teſtimoniũ perhibet. (Dentes tui ſicut grex ouiũ que aſcenderunt de lauacro.) Per dentes eccleſie firma ſermonũ eius ſtabilitas intelligitur: qui bene gregi ouiũ cõparantur que de lauacro aſcenderunt: qꝛ verba eccleſie nihil niſi innocentiam ⁊ manſuetudinẽ ſonant: nihil in ſe feduꝫ: nihil turpe vel imundũ retinet: ſed lauacro ſinceritatis ⁊ puritatis lauãtur: audientes ab Apoſtolo. Sermo malus ex ore veſtro non ꝓcedat. (Omnes gemellis fetibus: ⁊ ſterilis non eſt in eis.) Bene autem omnes gemellis fetibꝰ eſſe dicuntꝛ: qꝛ ſermo ſanctoꝝ nihil aliud ſonat ⁊ loquitur: niſi qđ ad dilectionẽ dei ⁊ ꝓximi pertinet. Solũmodo enim ea ſancti loqui debent que ad perpetuam corpoꝝ ⁊ animarum pertinent ſalutẽ. (Sicut cortex malipunici ſic gene tue: abſqꝫ occultis tuis) In genis diximus ſuperius ſanctoꝝ caſtaꝫ verecundiã deſignari. In cortice mali punici myſterium paſſionis chriſti dicente Paulo Apoſtolo. Noli erubeſcere crucẽ chriſti: neqꝫ vinctum eius. Et quidẽ magna ſunt que in aperto ſunt. Maxima vᵒ ſunt illa que ſunt īntrinſecus: hoc eſt que in futuro ſanctis reſeruantur. (Sexaginta ſunt regine: ⁊ octoginta concubine: ⁊ adoleſcentularũ non eſt numerus.) Regine ſunt doctores ſancte eccleſie qui merito fidei ⁊ ſciẽtie thoro regis eterni propinquãt: ⁊ ſpirituales deo filios pariũt. Sexagenarius numerus ex denario ⁊ ſenario perficitur. Denarius per ſenarium multiplicatus in ſexagenarium conſurgit. Et per denariũ ſignificantur diuina precepta propter decalogũ legis. Senarius vᵒ pro perfectione ponitur: qꝛ ſex diebus perfecit deus opera ſua. Regine ergo ſexaginta dicuntur eſſe: qꝛ eos ſignificant (vt diximus) qui perfectione ſcientie ⁊ operis pollent: ⁊ ꝓpter ſolũ amorem conditoris ſui ⁊ intuitu ſuperne remunerationis eterna gaudia predicant: ſic etiã idem numerus. i. ſexagenarius ex duobus ſenarijs quinquies ductis conficitur. Naꝫ quinquies duodeni vel duodecies quini: ſexaginta ſunt. Regine ergo ſexaginta eſſe dicũtur: qꝛ illos ſignificant qui in eccleſia cõſtituti quinqꝫ ſui corporis ſenſus iuxta inſtitutionem duodecim Apoſtoloꝝ caſte diſponere nouerunt. Cõcubine ſignificant eos qui non ſincere chriſtum predicant: ſed ꝓpter lucra temporalia vel propter laudes populares. Naꝫ ⁊ iſte ſicut ⁊ regine ad thoꝝ regis per ſcientiã accedant: ⁊ filios ſpirituales generant: ſed ad coronã eterni regni aliene exiſtunt. Et bene octogenario numero cõprehenduntur. Nam hic numerus ex denario ⁊ octonario ꝯficitur. Octonarius vᵒ in malo accipitur aliquando propter quaternarium quo multiplicato conſiſtit. Quaternarius enim temporalia queqꝫ ⁊ preſentia ſignificat propter anni tempora vel propter quatuor mundi elementa. Recte ergo concubine iſte octoginta eſſe dicuntur: qꝛ (vt dictum eſt) propter ſola temporalia ⁊ viſibilia predicant: ⁊ ſpiritualia minus curant. De talibus Apoſtolus dicebat. Sunt quidam chriſtum annuntiantes non ſincere: ⁊c. donec dicit. In hoc gaudeo ſed ⁊ gaudebo. (Adoleſcentularũ non eſt numerus.) Adoleſcẽtule ſunt anime: que depoſita ꝑmi hominis vetuſtate in chriſto renate ſunt. Nec dum tamen ſunt nubiles: nec dum thoro regis apte: qꝛ nec dum ad predicationẽ de chriſto perfectaꝫ peruenerunt. Quarum non eſt numerus: qꝛ infinitus eſt numerus animarũ

rum animarũ in chriſtũ credentiũ:nec ab vllo homĩe cõprehendi poteſt. Ceterum deo numerati ſunt omnes electi. Nam apud quẽ etiã ſtellarũ numerus cõprehenſus eſt ignorari non põt electoꝝ numerus.(Una eſt columba mea.) Una catholica eſt per vniuerſum orbem diffuſa eccleſia:que ex reginis ⁊ adoleſcẽtibus cõſtans iam contubernia habet:hoc eſt etiã qui nomine vel re doctores dicũtur: Una eſt eccleſia:quia ſciſſuram ⁊ ſciſmata nõ recipit:ſed ſicut vnus eſt deus:vna eſt fides:vnum baptiſma:ita vna eſt generalis eccleſia. Que ⁊ recte colũba vocatur:q2 ſpiritus ſancti dote qui in ſpecie colũbe appũit:chriſto ſpõſata eſt ⁊ ſanctificata.(Una eſt matris ſue.) Mater eniꝫ noſtra illa celeſtis Hieruſalem eſt de qua Apoſtolus dicit. Illa autẽ que ſurſum eſt Hieruſalẽ libera eſt:que eſt mater noſtra. Hec ergo eccleſia vna eſt matris ſue:q2 ad exemplũ illius eccleſie que iã chriſto fruiẽ:ipſa in hac peregrinatione inſtituitur ⁊ informaẽ:atq3 ad illam beatitudinẽ in qua cũ chriſto conregnat peruenire nititur.(Uiderunt illam filie ſion ⁊ beatiſſimã predicauerunt:regine ⁊ concubine laudauerunt eam.) Quas ſuperius adoleſcentulas hic filias appellat. Reginas võ ⁊ concubinas in hoc loco(vt ſuperius) intelligamus. Filie ergo regine ⁊ ꝯcubine predicant eccleſiam ⁊ laudant:q2 vniuerſitas fidelium catholicaꝫ admiraẽ eccleſiam. Ipſa eniꝫ eccleſia que ex multis fideliũ conſtat perſonis:catholicã.i. vniuerſalem efficit eccleſiam.(Que eſt iſta que progreditur quaſi aurora conſurgens.) In fine quidẽ ſeculi cuꝫ plebs iudaica ad predicationem Helie ⁊ Enoch cõuerſa fuerit ad chriſtum:ipſa quoq3 de eccleſia admirabiẽ dicẽs. Que eſt iſta.i. quãta ⁊ qualis eſt eccleſia. Que ꝓgreditur:hoc eſt proficit de virtute in virtutẽ. Non eniẽ ſtare ſed progredi diciẽ:q2 non vno loco contenta:ſed totũ mundũ celeſti predicatione occupauit. Quaſi aurora progreditur: q2 tranſactis tenebris infidelitatis:lumen ſe veritatis habere oſtendit.(Pulchra vt luna electa vt ſol:terribilis vt caſtroꝝ acies ordinata.) Luna a ſole illuminatur. Et eccleſia pulchra eſt vt luna:q2 claritate ſponſi ſui chriſti illuminatur:⁊ eius gratia reſplendet. Siue pulchra eſt vt luna in preſenti vita vbi aliquando cõceſſa ſibi pace ⁊ ſecuritate creſcit:aliquãdo aduerſitatibus obſcurata decreſcit. Electa vt ſol:in alia vita vbi perpetuo ſplendebit viſione cõditoris ſui. Siue electa eſt vt ſol:q2 illũ verũ ſolẽ imitari nititur:de quo ſcriptum eſt. Uobis timentibus nomen meũ orietur ſol iuſtitie. Hunc ſolem imitatur viuendo in omni humilitate ⁊ iuſtitia ⁊ pietate. Terribilis:aereis poteſtatibus:ordinata vt caſtroꝝ acies.i. charitatis vnitate vnita vt nullis tentationibus penetrari valeat.(Deſcendi in hortũ nucum vt viderem poma conuallium ⁊ inſpicerem ſi floruiſſent vinee:⁊ germinaſſent mala punica.) Laudata eccleſia:ad ſynagogam reſpondet. Deſcendi ad hortũ nucum:hortus nucum eſt vita preſens. Nam ſicut in nuce tegmen quidem duriſſimũ videtur ſed nucleus latet:ita in preſenti vita noſtre conſcientie clauſe ſunt ⁊ non apparent:donec fracta teſta corporis manifeſtentur. Deſcendit ergo ad hortũ nucũ eccleſia quando per doctores ſuos vitas ſingulorũ conſiderat. Unde ſequitur. Ut viderem poma cõuallium. Poma conuallium ſunt virtutes que humilitate condiuntur. Deſcendi inquit vt viderem poma cõualliũ.i. conſiderare ſanctos:excellentia quidẽ virtutũ preditos ſ3 humilitate depreſſos:vt inſpicereꝫ ſi floruiſſet vinea:hoc eſt conſiderarem qui in ſtudio ſanctarũ virtutũ proficerent. Et germinaſſent mala punica:Hoc eſt vt eos quoq3 perquirerem qui iam apti ſunt ad imitandũ paſſionem chriſti. Naꝫ mala punica(vt ſepe dictũ eſt) myſteriũ dominice paſſionis ſignificant. Conſiderat ergo eccleſia per prelatos ſuos qui in virtutibus creſcũt vel qui iam ita perfecti ſunt:vt imitantes paſſioneꝫ chriſti pro illo quoq3 idonei ſint ſanguinem fundere:quales erant illi de quibus Apoſtolus dicebat. Uobis datum eſt non ſolũ vt credatis chriſtuꝫ:ſed vt pro illo patiamini.(Neſciui. Anima mea conturbauit me propter quadrigas aminadab.) Uox eſt ſynagoge:que videns tantam eccleſie gratiã:inſpecta veritate euangelij:dolet q2 non antea cognouerit fidem chriſti:⁊ quaſi excuſans ſe q2 tam tarde conuerſa ſit dicit. Neſciui. O ſponſa chriſti eccleſia:neſciui.i. ignoraui tantã gratiã ⁊ tanta dona ſpiritualium virtutuꝫ tibi a ſponſo tuo collata. Anima mea cõturbauit me propter quadrigas aminadab. Cõturbata eſt inquit anima mea ſollicitudine pro tam ſubita euangelij predicatione. Sciebã enim legem ⁊ prophetias diuinitus datas:⁊ ideo cum ſubito vidiſſeꝫ predicari euãgeliũ ꝯturbata ſum propter quadrigas aminadab. Aminadab nepos fuit Iude per queꝫ generatio chriſti contexitur. Interpretatur autẽ aminadab populus meus ſpontaneus. Ideoq3 ſignificat chriſtũ qui populi ſui ſpontaneus fuit:q2 cum eſſet deus:ſponte factꝰ eſt homo. Cum conditor eſſet ⁊ creator:ſola benignitate ſua factus eſt portio populi ſui. Et eſt ſenſus. Conturbata inquit ſum propter euangelij ſubitã predicationẽ:que veluti velociſſime quadrige totũ ſubito mundum peruolauit. Et bene hanc predicationẽ non currum ſed quadrigã appellat:q2 euangelij ꝑdicatio quatuor euangeliſtarum auctoritate ꝯſiſtit:⁊ quatuor euãgelia quaſi quadrige ſunt noui teſtamenti:cui preſidet auriga ipſe chriſtus temperans ⁊ diſponens ipſe curſuꝫ euangeliorum.(Reuertere reuertere ſunamitis:reuertere reuertere vt intueamur te.) Uox eccleſie ſynagogã ad fideꝫ inuitantis. Reuertere o ſynagoga ab infidelitate ad fidem:reuertere ab odio ad dilectionem. Sunamitis interpretatur captiua vel deſpecta. Talis erat ſynagoga ante aduẽtũ chriſti:captiua videlicet vinculo diaboli:deſpecta a deo:q2 chriſtum ad ſalutẽ ſuã miſſum nõ cognouit. Reuertere vt intueamur te.i. pulchritudinem tue caſtitatis aſpiciamus.

Cap. VII.

Quid videbis in ſunamite:niſi choros caſtrorum. Q3 pulchri ſunt greſſus tui in calciamentis:filia pricipis. Iuncture feminũ tuorũ ſicut monilia que fabricata ſunt manu artificis. Umbilicus tuus crater tornatilis:nunquam indigens poculis. Uenter tuus ſicut aceruus tritici vallatus lilijs. Duo vbera tua ſicut duo hinnuli gemelli capree. Collum tuum ſicut turris eburnea. Oculi tui ſicut piſcine in eſebon que ſunt in porta filie multitudinis. Naſus tuus ſicut turris libani. que reſpicit contra damaſcum. Caput tuuꝫ vt carmelus: ⁊ come capitis tui ſicut purpura regis iuncta canalibus. Q3 pulchra es ⁊ q3 decora chariſſima in delitijs. Statura tua aſſimilata eſt palme: ⁊ vbera tua botris. Dixi Aſcendam in palmam: ⁊ apprehendaꝫ

fructus eius. Et erunt vbera tua ſicut botri vineę: ꝛ odor oris tui ſicut odor malorū. Guttur tuum ſicut vinum optimum. Dignum dilecto meo ad potandum: labijſqꝫ ꝛ dentibus illius ad ruminandum. Ego dilecto meo: ꝛ ad me conuerſio eius. Veni dilecte mi egrediamur in agrū: commoremur in villis. Mane ſurgamus ad vineas: videamus ſi floruit vinea: ſi flores fructus parturiunt: ſi floruerunt malapunica. Ibi dabo tibi vbera mea. Mandragorę dederūt odorē in portis nr̄is. Omnia poma noua ꝛ vetera dilecte mi ſeruaui tibi.

Vox eſt ſponſi: qui audiens inuitari ſynagogā a ſponſa ſua eccleſia ad fidē: dicit. Quid videbis in ſunamite niſi choros caſtrorū. Ac ſi diceret. Tu quidem o ſponſa doles de perditione ſynagoge ꝛ ꝙ tarde ad fideꝫ veniat: ſed adeſt tempus quo conuertatur: ꝛ tunc nihil videbis in ea niſi choros caſtroꝝ .i. non niſi charitatis cōcordiam: ꝛ ſtabile robur fidei: quo pro defenſione mee fidei pugnabit. Nam chori canentium ſunt. Caſtra vero militum pugnantium. In ſunamite ergo chori caſtroꝝ videbuntur: qꝛ conuerſa ſynagoga ꝛ cōcorditer chriſtū predicabit cum eccleſia: ꝛ pro fide chriſti vſqꝫ ad morteꝫ certabit. (Q̄ pulchri ſunt greſſus tui in calciamentis filia principis.) Ab hoc loco incipit ſponſus exponere laudes ſponſe ſue. Et notandū ꝙ a greſſibus incipit eius pulchritudinem texere: ꝛ in ore laudis eius finit: ſicut ſuperius ab oculis ceperat. Hoc auteꝫ fecit vel ad pulchritudinem carminis variandā: vel etiā qꝛ ſic myſterijs aptiſſimū eſt: q̄ pulchri inquit ſunt greſſus tui. Vidit eccleſiam nō in vno loco ocioſe ſtantem: ſed veloci predicatione totum mundum peragrantem: ideo a greſſibus cepit eam laudare. Greſſus eniꝫ eccleſie ſunt veloces predicationes apoſtoloꝝ per quos in omnē terram euangeliū inſonuit. In calciamentis .i. in patrum precedentium exemplis. Calciamenta ex mortuis fiūt animalibus. Et calciamenta eccleſie ſunt patruꝫ precedentium exempla: quibus greſſus habet munitos: vt ſecura eos imitādo ꝛ ſine offenſione gradiatur filia principis. Alia tranſlatio. filia aminadab dicit. Aminadab (vt ſuperius dictū eſt) Populus ſpontaneus dicit̄: qui recte figurā chriſti tenet. Nam eccleſia: ꝛ filia eſt: ꝛ ſponſa. Filia: qꝛ eiꝰ ſanguine redempta eius baptiſmate eſt regenerata. Sponſa: qꝛ dote ſpiritus ſancti illi eſt ꝯiuncta. (Iunctura feminū tuoꝝ ſicut monilia que fabricata ſunt manu artificis.) In feminibus vel femoribus ſolet ſacra ſcriptura generationis propagationem deſignare. vnde de Iacob legimꝰ. Omnes anime que egreſſe ſunt de femoribꝰ Iacob. Femina ergo eccleſie ſunt: ſpiritualis generatio: credentes populi per verbuꝫ predicationis ꝛ lauacrū baptiſmatis. Iunctura feminū eſt ꝯiunctio duoꝝ populoꝝ Iudaici ꝛ Gētilis in vna fide. Et bene hec iunctura monilibus comparatur: Nam fides ſine operibus mortua eſt. Fabricata ſunt autē manu artificis: hoc eſt dei omnipotētis cuius munere virtus boni operis credentibus tribuitur. Hic eſt ille artifex de quo Paulus apoſtolus dicit. memoriā Abrae faciens. Expectabat enim ciuitatem manenteꝫ cuius cōditor eſt deus. (Vmbilicus tuus crater tornatilis: nunquam indigens poculis.) Vmbilicus fragiliſſima pars eſt corporis. Et ideo per vmbilicuꝫ fragilitatem noſtre mortalitatis debemus accipere. Crater vero eſt calix maior: anſas hinc ꝛ inde habens. Vmbilicus ergo eccleſie crater tornatilis eſt: quia quāto magis doctores ſancte eccleſie fragilitatis meminerunt: tanto magis verbis predicationis inſiſtunt .i. elemoſynā verbi dei ꝓbentes ipſi a deo miſericordiam conſequuntur. Et bene crater tornatilis dicitur. Torno enim facilius operamur: per qđ ſignificatur facilitas erogandi verbum: vel elemoſynam dandi. Non enim moroſe vel heſitando elemoſyna dāda eſt. Iuxta qđ Salomon dicit. Ne dicas amico tuo vade ꝛ reuertere ꝛ cras dabo tibi: cū ſtatim poſſis dare. Qđ etiam torno fit non indiget exterius adhibita regula vel linea: ſed inerrato ex ſeipſo perficitur. Vmbilicus ergo eccleſie crater tornatilis eſt: quia quicunqꝫ vel predicat vel elemoſynā dat: pro ſola dilectione dei: ꝛ ſuperne mercedis expectatione hoc facere debet. Nam quicunqꝫ vel predicat vel proximis miseret̄ pro remuneratione temporali: crater quidem eſt: ſed nō tornatilis. Et hic crater nunquā indiget poculis: qꝛ predicatoribus nunquaꝫ deeſt ꝓdicatio verbi dei: quia ipſe quē predicant pocula ſcientie ꝛ virtutē conſtantie illis ſubminiſtrat. Vnde pſalmiſta. Dominꝰ dabit verbum euāgeliꝫantibus virtute multa. (Venter tuus ſicut aceruus tritici vallatus lilijs.) Eadē fragilitas que per vmbilicum deſignata eſt: oſtenditur hoc loco etiaꝫ per ventrem: qꝛ venter nulla oſſiuꝫ firmitate premunitur. Bene ergo venter eccleſie: aceruo tritici comparat̄: qꝛ ſancti quanto memores ſunt ſue fragilitatis eo ſtudioſius ad proferendos bonorum operum fructus inſiſtunt. Et recte non copiā tritici ſed aceruū tritici dicit: vt per hoc ſignificet incrementa virtutum: que veluti aceruus ab inferioribus ad ſuperiora creſcendo cōſcendunt. Nā ſicut aceruus in inferioribus lata amplitudine ſpatiatur: ſuperius vero quadam breuitate contrahit̄ ꝛ acuminatur: ita in eccleſia multi ſunt qui indulgētius viuunt: pauci vero qui ſumme perfectiōi inſiſtant. Plures enim inueniuntur qui de bonis ſuis elemoſynā faciūt: q̄ qui ſua omnia pro domino relinquant. Hic aceruus lilijs vallatus dicitur: qꝛ ſancti bona que faciūt pro deſiderio ſuperne claritatis ꝛ candoris agunt. Naꝫ per lilia celeſtis illa claritas deſignatur. Poteſt etiā per ventrem eccleſie diuinus fons baptiſmatis accipi quo fideles in nouam creaturā regenerātur. Bene ergo venter aceruo tritici vallato lilijs comparat̄: qꝛ regenerati fonte baptiſmatis docentur bonis inſudare operibus: ꝛ ad intuendam ſuperne claritatis gloriā ſemper inhiare. (Duo vbera tua ſicut duo hinnuli gemelli capree.) Vbera eccleſie (ſicut iā ſuperius dictū eſt) ſanctos doctores ſignificant: qui paruulos hoc eſt nuper in chriſto regeneratos: lacte apertiōis doctrine iſtruūt. Bene aūt duo vbera dicuntur: qꝛ de duobus Populis iudaico videlicet ꝛ gentili fideles congregantur: ꝛ lacte ſpiritualis doctrine aluntur. Hec duo vbera: ſicut duo hinnuli capree gemelli eſſe dicuntur. Duo hinnuli duo ſunt teſtamenta quibus corūdem doctoruꝫ omnis predicatio ſubſiſtit: Quoꝝ duorum teſtamentoꝝ vnus eſt auctor ꝛ ꝓmulgator Chriſtus. Iuxta qđ Salomon dicit. Verba ſapientium quaſi ſtimuli: ꝛ ſicut claui in altū defixi que data ſunt a paſtore vno: Chriſto videlicet. Caprea enim recte chriſtum ſignificat: quia intuitu ꝛ velocitate ceteris animātibus preeminet: ꝛ munduꝫ eſt animal vngulā diuidens ꝛ ruminans. Tales ſunt etiam membra chriſti: doctores videlicet intuitu ſcientie inſignes: ꝛ ſua velocitate terrena deſerentes: atqꝫ ad celeſtia feſtinantes. Diuidētes vngulā .i. habētes mali ꝛ boni diſcretionem.

ſcretionem: Et ruminantes: hoc eſt precepta dei ſedula
memoria meditantes. (Collum tuum ſicut turris ebur
nea.) Doctores ſancti qui deſignantur per vbera: ipſi
etiam deſignantur per collū. Nam per arterias colli vox
egreditur: et colli miniſterio vitalia alimenta ceteris mē/
bris miniſtrantur. Sic ſancti Doctores: et verba vite po
pulis annūciant: et alimētis doctrine celeſtis auditores
enutriunt. Collū ergo eccleſie turri eburnee cōparatur:
quia ſancti Doctores eidem eccleſie pulchritudinē et ro/
bur preſtant. Pulchritudinē quidem: que per cādorem
eboris deſignatur: caſte et ſincere viuēdo. Robur vero pre
ſtant: quod ſignificatur per turrim: quando eādē eccleſiam
contra tentationes diaboli vel impetus hereticorum mu/
niūt. (Oculi tui ſicut piſcine in Eſebon: que ſunt in por
ta filie multitudinis.) Idē ipſi Doctores qui per collū
deſignati ſunt: deſignantur etiam per oculos. Ipſi enim
quaſi oculi vniuerſo eccleſie corpori prouidēt: et iter quod
ingredi debeant oſtēdunt. Hi oculi eccleſie comparan/
tur piſcinis edificatis in porta Eſebon ciuitatis: quia ſan/
cti Doctores populos in Chriſtum credentes vitali la/
uacro abluunt et ſalutaris doctrine potu reficiunt. Filia
autem multitudinis vocatur Eſebon iuxta litterā: ob mul
titudinem cōfluentiū in ibi populorum: ſic et ſancta eccle/
ſia recte filia dicitur multitudinis: quia numeroſitatem
quotidie colligit gētium. Eſebon autem interpretatur cin/
gulum meroris: oculi ergo eccleſie piſcinis Eſebon cō/
parantur: quia ſancti Doctores neglectis caducis ſeculi gau/
dijs cingulis meroris ſe conſtringunt: quia caſte et ſobrie
viuunt in hoc ſeculo: et pro ſuis erratibus deflent: quati
nus in preſenti ſeculo lugentes: ad vera et eterna gaudia
peruenire poſſint. In porta autem Eſebon he piſcine eē
dicuntur. Quia nullus eccleſiam ingredi valet: niſi prius
aqua baptiſmatis abluatur: et niſi fonte ſalutaris doctri
ne potetur. Hoc etiam ſignificabatur per labrum eneū:
quod Salomon in porticu tēpli poſuerat vt ſacerdotes
ingreſſuri tēplum et hoſtias īmolaturi ibi corpora ablue
rent. (Naſus tuus ſicut turris libani: que reſpicit cōtra
Damaſcum.) Quia naſo fetores et bonos odores diſcer/
nimus: recte per naſum eccleſie ſancti Doctores ſignan
tur. Ipſi enim ſagaciter diſcernere nouerunt inter fra/
grantem catholice fidei doctrinam et letiferum hereti/
ci erroris fetorem. Nam et de diuinis cariſmatibus que
per Spiritum ſanctū diſtribuuntur dicitur. Alij datur
per ſpiritū diſcretio ſpirituū. Naſus ergo eccleſie tur/
ri libani comparatur: quia ſancti Doctores et ſūmum locū
in eccleſia tenent: ac veluti in libano monte conſiſtunt:
et defendunt eccleſiam a malignorum ſpirituum incurſi/
bus. Hec turris contra Damaſcū eſſe dicitur. Damaſcus
metropolis eſt Syrie: que quondā contra filios iſrael
vtpote fortiſſimos et crudeliſſimos Reges habens: di/
micabat. Interpretatur autem Damaſcus ſanguinis po/
tus vel ſanguinis oculus. Ferūt enī ibi Abel interfectū.
Ideoqꝫ ſignificat potentes huius ſeculi qui ſanguinis
potum ſitiunt: quia voluptatibus et illecebris carnis et ſan/
guinis delectantur. Significant etiam aereas poteſta/
tes que animarum noſtrarum cruorem ſitiunt. Contra Da
maſcum ergo eſt hec turris: quia eccleſia ſemper diabolo
et mēbris illius: adiutorio Chriſti munita reſiſtit. (Ca/
put tuum vt carmelus: et come capitis tui vt purpura re
gis iuncta canalibus.) Caput eccleſie principalitas men/
tis fidelium intelligitur. Nam ſicut capite membra re/
guntur cetera: ita mente cogitationes diſponuntur. Be
ne autem caput eccleſie Carmelo cōparatur. Carmelus
enim qui et Carmel dicitur: interpretatur cogitatio vel
ſcientia circūciſionis. Ergo caput eccleſie Carmelo aſ/
ſimilatur: quia nouit circūciſionem aliquando corporali/
ter celebratam nunc ſe ſpiritualiter debere obſeruare.
Iuxta quod Propheta dicit. Circūcidimini Dño in cordi
bus veſtris. Hanc ſcientiam circunciſionis non habue/
runt iudei. Ideoqꝫ reprehenduntur a beato Stephano
prothomartyre dicente. Dura ceruice et incircuncīſi cordi
bus et auribus: ſemper ſpiritui ſācto reſtitiſtis. In libro Re
gū legitur quod Helias in mōte Carmeli aſcēderit: et ibi oran
do aridam terram celeſtibus pluuijs irrigauerit poſt lō
gam trium annorum et ſemis ſiccitatem: que hyſtoria pul/
chram redolet allegoriā. Nam Helias qui interpretatur
deus meus dñs: Chriſtum ſignificat: qui cum ſit deus et
dñs totius creature: ſpecialiter ſuus .i. proprius deus et dñs
eſt eccleſie. Hic ergo in Carmelum aſcendit: et per eos
arenti mūdo gratiarum ſuarum pluuias tribuit. Recte ergo
(vt dictum eſt) caput eccleſie Carmelo monti cōparatur:
quia mens ſanctorum quadam conuerſatione ſublimis eſt: et
Chriſto in ſe aſcēſum prebet perfectum virtutū. Et co
me capitis tui vt purpura regis iuncta canalibus. Si per
caput mens eccleſie accipitur: per comas capitis cogita
tiones mentis debemus accipere: que aſſidue de illa pro/
deunt. Purpureus vero color qui ſanguinis habet ſpeciē
myſterium ſignificat Dominice paſſionis. Iuxta litte/
ram: quod dicit purpura regis iuncta canalibus: ſignificat
lanam iam purpureo colore cōfectam: et nōdum in fila
deductam ſed adhuc in canalibus cōſtitutam: quas gre/
ci Baphias vocāt. In quibus ſanguis Conchiliorum ſolet
defluere: et lanam in purpureum vertere colorem. My/
ſtice canales iſti humilitatē ſignificant ſanctorum: in qui/
bus eterni Regis purpura tingitur: cū ſancti quiqꝫ hu
militatem ſui redēptoris imitando paſſionū illius con
formes fieri ſatagunt: quatenus in purpure dignitate ver/
tantur .i. laborantes pro Chriſto merean tur regnare cum
ipſo. Iuncta autem hec purpura eſſe dicitur: quia ſanctorum
precordia fixa ſunt et ſtabilita in timore et amore redē/
ptoris ſui: nec vnquā a charitate eius ſeparari poſſunt.
(Quam pulchra es et quam decora chariſſima in delitijs.) Quam
pulchra ſubaudi in fide: et quam decora in operatione cha/
riſſima in delitijs. Supra dictum eſt de eadem eccleſia.
Pulchra vt Luna: electa vt Sol: terribilis vt caſtrorum
acies ordinata. Nunc vero dicitur pulchra: decora: chari/
ſſima in delitijs: que quaſi contraria eſſe videntur. Nā
ordinatam eſſe velut caſtrorum acies: et eſſe in delitijs re/
pugnat: quia delitie fortitudinē ſolent eneruare. Sed ec/
cleſia vtrūqꝫ agit. Nam ordinata eſt vt caſtrorum acies:
quia infidelibus et hereticis reſiſtit: et malignos ſpiritus
ſua ſanctitate et perfectione terret. In delitijs etiam eſt:
quia ſuauitatem ſuperne dulcedinis aſſidue palato mētis
deguſtat: et inter preſſuras huius ſeculi illas adipiſci de/
ſiderat: et continue illis ſatiari. Unde merito illa que ta
lis eſt: ſponſo ſuo Chriſto chariſſima eſſe dicitur. (Sta/
tura tua aſſimilata eſt palme: et vbera tua Botris.) Sta
tura eccleſie perfecta: eſt eius rectitudo. Neqꝫ enī a vi/
tijs incuruatur: ſed recta et nobilis conſiſtit. Unde Pſal
miſta ex perſona peccantium dicebat. Incuruatus ſum
et humiliatus ſum vſquequaqꝫ. Et Propheta ſub ſpecie
Hieruſalem peccanti anime de malignis ſpiritibus dicit.
Quia humiliauerunt te: et dixerunt anime tue incuruare vt
tranſeamus: etc. Sancta eccleſia recta ſtat: nec vnquam in/
curuari conſentit audiens ab Apoſtolo. Uigilate: ſtate in fi/
de: viriliter agite. Et Dñs filijs Iſrael loquitur. Ego ſum
dñs deus qui eripui vos de ergaſtulo Egyptiorum vt in/
cederetis recti. Statura ergo eccleſie palme aſſimilatur:
quia in omnibus que agit ſemper ſupernam in memoria reti/
net remunerationē. Palma enim victricem ornat ma/

num:⁊ ideo ſignificat premium illud quod victoribus ſanctis in celeſtibus dandum eſt. Et erunt vbera tua ſicut Botri vinee: ⁊ odores tui ſicut odor maloꝝ. Ubera eccleſie ſunt (vt ſuperius dictum eſt) Sancti Doctores qui lacte ſimplicis doctrine regeneratos in Chriſto nutriunt. Sed hec vbera Botris aſſimilantur: quãdo idẽ Doctores perfectis perfectiora annuntiant: ſicut Apl's loquens ſimplicioribus dicebat. Nõ potui vobis loqui tanq̃ ſpũalibus: ſed quaſi carnalibus: tanq̃ paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi: non eſcam. Ecce vbera lactis plena: que vbera in Botro ſunt verſa cum diceret. Nos predicamus Chriſtũ dei ſapientiam. Et ſapientiam loquimur inter perfectos. (Dixi aſcendam in palmam: apprehẽdam fructus eius.) Ut oſtenderetur ois hec excellentia ⁊ magnitudo donoꝝ eccleſie de dei gratia prouenire introducit̃ idem Sponſus dicere: Aſcendam in palmam: quaſi diceret: Unde habes vbera ad paruulos nutriendos: inde etiam Botros quibus perfectioribus perfectiorem propines doctrinam. Quia ergo in ea gratia vite aſcendi: ⁊ hanc tibi perfectionem conceſſi. Aſcendam (inquit) in palmam. Palma eccleſiam ſignificat: vel etiam animam cuiuſcũq; fidelis qui memor eſt Domini qui dicit. Confidite: ego vici mũdum. Ipſa quoq; oium vitioꝝ ⁊ iniquitatis victrix eſſe ſtudet. Bene autem in palmam aſcendiſſe hic dicitur: cum ſuperius in hortum deſcendiſſe legatur. Dixit enim eccleſia. Dilectus meus deſcendit in hortuʒ ſuum. Et idẽ hortus que ⁊ palma videlicet vna eademq; eccleſia: ſed ad hanc copiam ſue gratie de celeſtibus mittendo aſcẽdit: ad illam autẽ ſua dona in eo incremẽtaq; virtutũ diſſeminans: deſcendiſſe dicitur: ideoq; eidem quibuſdam profectibus veluti quibuſdam gradibus ad celſiora ſubleuãdo nunc palmam nominat. Sed ⁊ hoc de natura palme dicẽdum q̃ in inferioribus aſperitatem laborum ⁊ paſſionum ſuſtinet pro Chriſto. In ſuperioribus vero hoc eſt in celeſtibus pulchritudinem ⁊ ſuauitatem expectat premioꝝ. Poteſt etiaʒ per palmam arbor Dominice crucis exprimi: in quã redemptor noſter pro humani generis redẽptione aſcendit: ⁊ in qua hoſtẽ humani generis ſuperauit. Ait ergo: Dixi aſcendã in palmam: ideſt per meos Prophetas locutus ſum: ⁊ promiſi me ad paſſionem venturum: ⁊ meam eccleſiam redẽpturum: Apprehendam (inquit) fructus eius: ideſt fructus bonoꝝ operuʒ: ⁊ laboꝝ quibus eccleſia deſudat remunerabo. Uel etiam ſm eum ſenſum quo per palmã crux intelligitur: apprehendaʒ fructus eius: ideſt impleto triumpho paſſionis veniam ad gloriam reſurrectionis: ⁊ apoſtolis meis ſpiritualia dona ꝯcedam. (Et erũt vbera tua ſicut Botri vinee.) Hoc ſuperius expoſitum eſt. Nã vbera eccleſie Doctores ſunt cum paruulos ſimplici doctrina nutriunt. Sed Botri vinee efficiunt̃ cũ perfectioribus ſublimia queq; annũtiãt. Nam beatus Paulus vno eodẽq; tempore vbera ⁊ Botros habuit quando de Chriſto loquens dixit: Quoꝝ patres ex quibus Chriſtus. Ecce vbera: ideſt ſimplex de Chriſto predicatio. Sed hec vbera in ſuauiſſimum ⁊ fortiſſimum vinum conuerſa ſunt cum ſubiunxit: Qui eſt deus benedictus in ſecula. (Et odor oris tui ſicut odor malorum. Guttur tuũ ſicut vinum optimum.) Os eccleſie eſt preſens predicatio que fama vel ſcripto ad abſentes peruenit. Guttur vero eſt vox ipſa Predicatoris que in preſenti auditur. Odor ergo oris eccleſie malis cõparatur: quia ipſa fama ꝑdicationis plena eſt ſuauitatis ⁊ gratie. Guttur vero vino optimo aſſimilatur: q2 ipſa vox predicãtiuʒ magnam in ſe virtuteʒ auditoribus oſtendebat. Quod vero maloꝝ odor in nouitate eſt: vini vero in vetuſtate: ſignificat predicationem eccleſie ⁊ in ſui nouitate ⁊ etiaʒ in ſui perfectione oẽm habere ſuauitatem ⁊ gratiã. (Dignum dilecto meo ad potandum: labyſq; ⁊ dentibus illius ad ruminanduʒ.) Ac ſi diceret: Sponſus meus guttur meũ vino optimo cõparauit: ⁊ illud vinũ dignũ eſt ad potandum ipſi dilecto meo: hoc eſt ꝑdicatio euãgelica quã in ore meo poſuit: per ipm ⁊ nõ per aliũ annũtiari debet in mũdo. Neq; enĩ per aliuʒ decebat myſteria regni celeſtis ꝑdicari in mũdo q̃ per mediatorem dei ⁊ hoium Chriſtũ ieſum. Et labys ⁊ dẽtibus illius ruminãdũ. Labia ⁊ dentes Spõſi (vt ſupra dcm̃ eſt) doctores ſacti ſunt. Illud ergo vinũ ruminãdũ fuit labys ⁊ dẽtibus Spõſi: q2 ꝑdicatio euangelica a Doctoribus tractãda ⁊ exponẽda eſt. Nec abſurdũ eſt q̃ cũ vinuʒ potet̃ ⁊ nõ ruminet̃: Hic tñ dr̃ labys ⁊ dentibus ruminandum: qđ magis ad cibum q̃ ad potum pertinet. Nam ſancti Doctores vinum ſpirituale ruminant quando precepta euãgelica diligẽter exquirunt ⁊ crebra meditatione inueſtigant atq; inuicem conferunt. (Ego dilecto meo: ⁊ ad me cõuerſio eius.) Ego dilecto meo ſubaudi officiũ iuſtitie ⁊ deuotionis impendo. Illi ⁊ non alteri fidem ⁊ ſeruitutem meam promitto. Et ad me conuerſio eſt: vt me ⁊ in preſenti iter labores huius vite adiuuet: ⁊ in futuro ad gaudia patrie celeſtis inducat. Poteſt etiaʒ hec vox eſſe Synagoge ex perſona ſanctoꝝ patrum aduentum Chriſti deſiderãtium. Ac ſi diceret: Scio quidẽ illum ſemper ſpirituali preſentia mihi ſemper adeſſe: ⁊ ideo ego dilecto meo omni deuotione famulari cupio. Sed tandem ad me conuerſio eius: q2 opto vt ſicut mihi promiſit in mea ſubſtãtia appareat. Nam dixerat ſupra Sponſus. Aſcendam in palmaʒ: ideſt promiſerat ſe in carne venturum ⁊ pro humano genere paſſuruʒ. Inde iam gratulabũda dicebat. Ego dilecto meo: ⁊ ad mẽ conuerſio eius. i. credo illum hominem futuꝝ: ⁊ in mea ſubſtantia hominem mundo manifeſtãdum. (Ueni dilecte mi: egrediamur in agrum: cõmoremur in villis.) Eiuſdem Synagoge vox eſt. Ueni dilecte mi: ideſt apparere per aſſumptum hominem. Tale eſt illud Pſalmiſte. Excita potẽtiam tuam ⁊ veni. Et Iſaias. Utinaʒ diſrumperes celos ⁊ deſcenderes. Egrediamur in agrũ. Ager mundus iſte eſt. Egrediamur in agrum: ideſt predicemus tuum aduentum mundo. Cõmoremur in villis: hoc eſt ipſis quoq; paganis fidem tuã annũtiemus. Nemo neſcit paganos a villa dictos: q2 pagos grece villa latine. Inde pagani dicti: q2 lõge ſunt a ciuitate dei. Poteſt eẽ ⁊ vox eccleſie. Ueni dilecte mi: Ac ſi diceret. Iam myſterio aſcenſionis aſſumptum hominem ad celos ſubleuaſti: ſed veni diuine maieſtatis preſentia me ſepius viſitando. Egrediamur in agrum eodem ſenſu quo ſuperius: ideſt predicemus fideʒ incarnationis tuẽ mundo: cõmoremur in villis idem etiam ignorantibus paganis tuã fidem annuntiemus: nec in tranſitu ſed cõmoremur ibi. Donec illos ex paganis catholicos: ex alienis tibi proprios faciamus. (Mane ſurgamus ad vineas: videamus ſi floruit vinea: ſi flores fructus parturierunt.) Mane eſt exortus noue gratie quando videlicet tranſeuntibus tenebris infidelitatis: euangelium in mundo cepit ꝑdicari. Uideamus: ſi floruit vinea: hoc eſt inſpiciamus eccleſiam ſi iam prima fidei rudimẽta ſuſcepit: ſi flores fructus parturierunt. Inſpiciamus etiam ſi flores parturiunt fructum: ideſt ſi illi qui iam crediderunt apti ſunt ad bene operandum. Nam flores fructuʒ parturiunt cum illi qui iam in Chriſtum crediderunt: idonei ſunt ad bene operandũ. Nam flores emittit ec-

cleſia cum primo fideles ad fidem veniunt. Flores vo fructus parturiunt: cum iam ipſa fide ⁊ dilectione bene operantur: nec ipſa fides ocioſa ſit vel mortua ſine operibus. (Si floruerunt mala punica.) Mala punica (ſicut iã ſuperius dictũ eſt) rubicundum vel ſanguineum habet corticem: ⁊ ideo ſignificant paſſionem Domini vel membrorum ipſius. Dic ergo ſi floruerunt mala punica: hoc eſt: ſi iam ſancti qui in fide ⁊ ope perfecti ſunt: idonei ſunt etiam imitari paſſionem Chriſti ⁊ pati pro illo. Mala pũnica erãt illi quibus Apoſtolus dicebat. Uobis datum eſt noſſe non ſolum vt in illum credatis: ſed etiam vt pro illo patiamini. (Ibi dabo tibi vbera mea.) Ubera eccleſie ſancti ſunt Doctores qui fideles primum ad fidem erudiunt. Ibi dabo tibi o Sponſe vbera mea. Cuz inquit ad vineam exierimus: ibi dabo tibi vbera mea: hoc eſt ſpirituales tibi filios generabo. Unde adhuc ſequitur. (Mandragore dederũt odorẽ ſuum in portis noſtris.) Mãdragora herba eſt aromaticos cuius radix ſimilitudinez habet humani corporis. Poma eius optimi ſunt odoris in ſimilitudinem pomi maciani qd noſtri: malum terre vocant. Herba rebus medicinalibus aptiſſima eſt. Nam ferunt eos qui incõmodo vigiliarum laborant: hauſtu huius poma r leuari: ⁊ poſſe dormire. Item ferunt eos qui ob curaz ſecandi ſunt: ſi exteriorem huius pomi corticez biberint: nõ ſentire ſectionem vel aduſtionẽ: que omnia ſi quis myſtice diſcutere voluerit ſpirituales ſenſus ⁊ eccleſie cõuenientes ibi inueniet. Dic ergo Mãdragore dederũt odorem in portis noſtris. Porte eccleſie ſunt apoſtoli ⁊ eorum ſucceſſores: qr nemo ciuitatez dei .i. eccleſiam intrat niſi per ſanctos Doctores aqua baptiſmatis regeneratus: ⁊ vitali doctrina inſtructus fuerit. De his portis Pſalmiſta dicebat. Diligit Dñs portas Sion: ſuper omnia tabernacula Iacob. Mãdragore: fragrantiam virtutum deſignant. In portis autem eccleſie Mãdragore odorem dederunt: qr apoſtoli vel eorum ſucceſſores famam ſuauiſſime opinionis ⁊ odorem virtutuz longe lateqz ſparſerunt. Ideoqz inuitat Sponſum ſuum vt veniat: qr iam nomen eius longe lateqz per apoſtolos annunciatur ⁊ odor predicationis eius vbiqz diſpergitur. (Omnia noua poma ⁊ vetera dilecte mi ſeruaui tibi.) Ideſt precepta vel promiſſa veteris teſtamenti ⁊ noui. Sciebat enim omnia que in veteri teſtamento annunciata ſunt non niſi per Chriſtum ⁊ in Chriſto poſſe compleri. Ideoqz dicebat. Tibi ſeruaui poma noua ⁊ vetera: hoc eſt te expecto vt per te impleantur in nouo teſtamento que predicta ſunt in veteri. Unde ⁊ in paſſione ſua iam pendens in cruce cum guſtaſſet acetum dixit: Conſumatuz eſt. Et poſt reſurrectionẽ ſuam dixit apoſtolis. Neceſſe eſt enim impleri omnia que ſcripta ſũt in lege ⁊ Prophetis de me. Poſſunt etiã noua poma ⁊ vetera: iuſtoruz perſone intelligi: que vel in veteri teſtamẽto vel in nouo fuerunt. Dicit ergo eccleſia. Seruaui tibi poma noua ⁊ vetera: ideſt iuſtos qui vel in veteri teſtamento preceſſerunt vel in nouo ſubſecuti ſunt. Tibi ſeruaui vt per te premia ſuorum laborum reciperent. Nullus enim iuſtorum regnum celorum intrare valuit niſi per Chriſtũ qr ipſe primũ aſcendit: ⁊ ſequẽtibus mẽbris ſuis celum aperuit. Cap. VIII.

Quis mihi det te fratrem meum ſugentez vbera matris mee: vt inueniam te ſolum foris: ⁊ deoſculer: ⁊ iaz me nemo deſpiciat. Apprehendam te ⁊ ducam in domũ matris mee: ⁊ in cubiculũ genitricis mee. Ibi me docebis: ⁊ dabo tibi poculum ex vino condito ⁊ muſtum malorum granatorum meorum. Leua eius ſub capite meo: ⁊ dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos filie Hieruſalem ne ſuſcitetis neqz euigilare faciatis dilectaz donec ipſa velit. Que eſt iſta que aſcendit de deſerto: delitijs affluens: innixa ſuper dilectum ſuum. Sub arbore malo ſuſcitaui te. Ibi corrupta eſt mater tua: ibi violata eſt genitrix tua. Pone me vt ſignaculum ſup cor tuũ: vt ſignaculum ſuper brachium tuum: quia fortis eſt vt mors dilectio: dura ſicut infernus emulatio. Lampades eius vt lampades ignis atqz flãmarum. Aque multe non potuerunt extinguere charitatem: nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem ſubſtantiã domus ſue pro dilectione: quaſi nihil deſpiciet eam. Soror noſtra parua ⁊ vbera nõ habet. Quid faciemus ſorori noſtre in die quãdo alloquenda eſt. Si murus eſt edificemus ſuper eũ propugnacula argentea. Si oſtium eſt: compingamus illud tabulis cedrinis. Ego murus: ⁊ vbera mea ſicut turris ex quo facta ſum coraz eo quaſi pacez reperiens. Uinea fuit pacifico in ea que habet populos. Tradidit eam cuſtodibus: vir affert pro fructu eius mille argenteos. Uinea mea coram me eſt. Mille tui pacifici ⁊ ducenti his qui cuſtodiunt fructus eius. Que habitas in hortis: amici auſcultant: fac me audire vocem tuam. Fuge dilecte mi ⁊ aſſimilare capree hinnuloqz ceruorum ſuper montes aromatum.

Ex his verbis intelligitur totum hoc carmen diuinum eſſe ⁊ ſpirituale: ⁊ nihil in ſe habere qd iuxta litterã intelligi poſſit. Que enim amatrix vnqz optauit vt is quem diligit paruulus: efficiatur eius frater: ⁊ in iſantem verſus ſugat vbera matris: Eſt ergo vox illius eccleſie que aduentum Chriſti preceſſit quã Synagogaz ideſt congregationem appellamus. Quis inquit det te fratrem meum ſugentem vbera matris mee. Et eſt ſenſus. Tu qui modo es in ſinu patris: qs det vt homo efficiaris: ⁊ particeps ac conſors nature mee exiſtens frater meus appelleris. Nam ipſe fratrem ſe apoſtolorum vocare dignatus eſt dicens per Pſalmiſtam. Narrabo nomen tuum fratribus meis. Et poſt reſurrectionem mulieribus: Ite inqt nũciate fratribus meis ⁊c. Sugẽtem inquit vbera matris mee: hoc eſt implentem omnia que nature humane conueniunt excepto peccato. Nam mater Synagoge hoc in loco ipſa humana natura intelligitur: de qua ipſa quoqz Synagoga exorta eſt. Ut inueniam te foris: hoc eſt vt hominem factum in aperto videam. Quaſi enim intus erat adhuc deus cuz in ſinu paterne maieſtatis lateret: ſed foris inuẽtus eſt: cum homo factus viſibilem ſe hominibus prebuit: ⁊ incomprehenſibilis voluit comprehendi. Et deoſculer: ⁊

iaꝫ nemo me deſpiciat: ⁊ deoſculer te inquit: Ideſt aperta viſione te aſpiciaꝫ quem nunc totum in fide teneo. Hoc eſt oſculuꝫ quod in initio carminis optabat dicẽs: Oſculetur me oſculo oris ſui: ideſt per ſemetipſum veniat ⁊ mihi appareat. Quaſi enim per Prophetas oſculabatur eam dilectus: cum aduentuꝫ ſuum per eos redemptionem repromitteret. Optat ergo vt per ſemet ipſum adueniens illam oſculetur: hoc eſt in carne preſentiã exhibeat. Et iam me nemo deſpiciat. Quaſi eniꝫ deſpecta erat iam Synagoga anteꝙ̃ Chriſtus veniret: quia legalibus obſeruationibus dedita ſub typo ⁊ figura cum veritate aduentum Chriſti prenuntiabat. Sed poſtꝙ̃ Chriſtus apparuit ⁊ aduentus ſui gratia mũduꝫ illuſtrauit: iam nemo deſpexit eccleſiam: quinimo terribilis vt caſtroruꝫ acies hoſtibus ſuis fuit: qꝛ per vniuerſum mundum Chriſtum predicauit ⁊ mundanum imperium ſibi ſubdidit. Nec miruꝫ videri debet ſi ante eccleſiam Synagogam dicimus. Vna eſt eniꝫ eccleſia in p̄cedentibus ⁊ in ſequentibus patribus. (Apprehendam te ⁊ introducam in domum matris mee: ⁊ in cubiculuꝫ genitricis mee ibi me docebis.) Mater eccleſia hoc loco celeſtis illa Hieruſalem intelligitur de qua Paulus: Illa autem que ſurſum eſt Hieruſalem libera eſt: que eſt mater noſtra. Ducam inquit te in domuꝫ matris mee: ideſt proſequar te reuertentem in celum poſt peractum incarnationis tue ⁊ paſſionis myſterium. Ducam autẽ hic pro eo quod eſt deducam ⁊ proſequar accipitur: quia aſcendentem Dominum in celis apoſtoli oculis deduxerunt: Et quouſqꝫ eum nubes ſuſcepit pio aſpectu proſecuti ſunt: donec angeli aſtantes dixerunt. Viri galilei: ⁊ reliqua. Ibi docebis me: cũ in celo receptus fueris: ⁊ me quoqꝫ tecum in celum aſſumpſeris: ibi me docebis: hoc ad ſuperiora referẽ vbi dicitur. Inueniam te foris. Cum inquit te foris inuenero: hoc eſt cum te in aſſumpta carne aſpexero. ibi docebis me: quia ad omnia que interrogare voluero reſpondebis. Nam etiam ſepe volentes apoſtolos interrogare Dominus preueniebat: eoſqꝫ inſtruebat. Poteſt ⁊ ad hunc locum iungi. vbi dicit: Ducam te in domum matris mee: ibi me docebis: ⁊ in omnem veritatem induces: quod impoſſibile eſt homini in preſenti vita poſſe conſequi. Hinc eſt ꝙ Dominus apoſtolis repromittit dicens. Venit hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis ſed palam de patre annuntiabo vobis. Ergo ibi me docebis: ideſt ibi te ⁊ patrem aperta viſione reuelabis: ibi te: hoc eſt diuinitatem tuam mihi facie ad faciẽ oſtendes. (Et dabo tibi poculuꝫ ex vino condito: ⁊ muſtum malorum granatorum meorum.) Per vinum feruor charitatis ⁊ dilectionis intelligitur. Dabo tibi inquit vinum: hoc eſt oſtendam ꝙ̃ feruentiſſima charitate diligam. Et hoc vinum non ſimplex erit: ſed conditũ odoribus: bonis videlicet operibus ⁊ virtutibus. Nam amor dei (ſicut beatus Gregorius dicit) nunquã ocioſus eſt. Operatur enim magna ſi eſt: ſi enim operari renuit: amor non eſt. Vinum ergo conditum: eſt dilectio cum operatione. Vnde ⁊ Dominus in euangelio. Si quis diligit me: ſermonem meum ſeruabit. Probatio dilectionis: exhibitio eſt operis. Et muſtum malorum granatorum meorum. Malum granatum idẽ eſt ꝙ ⁊ malum punicum. Dicitur autem malum punicum granatum eo ꝙ multitudine granatorum ſit plenum. Malum punicum voco ꝙ in Africa plurimum abundet. Punicia enim ipſa eſt Africa. Habet autem corticem ſanguinei coloris: ⁊ ideo (vt ſepe dictũ eſt) figuram tenet Dñice paſſionis. Muſtuꝫ ergo maloruꝫ granatoꝝ eſt dilectio martyrum qui intantum dilexerunt Deum: vt pro illo mori non dubitarẽt. Et bene muſtuꝫ dicit: ⁊ non aliud poculum: qꝛ muſtum feruentiſſimum eſt: ita vt nimio feruore omneꝫ ſordem de ſe excoquat ⁊ expurget. Dabit ergo eccleſia dilecto muſtum malorum granatorum ſuoruꝫ: ideſt oſtendet in paſſionibus ſanctorum martyrum quanta charitate Chriſtum diligat. (Leua eius ſub capite meo: ⁊ dextera illius amplexabitur me.) Per leuam (vt beatus Gregorius dicit) omnia proſpera preſentis vite accipiuntur: per dexteram vero futura beata vita in celis accipitur. Leua ergo Sponſi eccleſia ſub capite habet: ⁊ dextera eius illam amplexatur: qꝛ quecunqꝫ proſpera preſentis ſeculi pro nihilo deputat: cuncta que tẽporaliter arrident deſpicit: dum ad ſolam superne beatitudinis viſionem tendit: dum illam ſolũmodo amplexari deſiderat. (Adiuro vos filie Hieruſalem per capreas ceruoſqꝫ camporꝫ vt non ſuſcitetis neqꝫ euigilare faciatis dilectam quoaduſqꝫ ipſa velit.) Habet eccleſia quoſdã in ſe qui baptiſmo Chriſti ſunt regenerati: ⁊ nomine chriſtianitatis titulati. Moribus tamen ⁊ conuerſatione ſeculo ſeruiunt ⁊ eccleſiam ſuauiſſima quiete ſopitam inquietare atqꝫ ad perferendos tumultus ſeculi excitare nituntur. Hi ergo tales propter gratiã myſteriorum chriſti quã perceperunt: Filie Hieruſalẽ appellanẽ in hoc loco: cum tamen moribus contraria agant. Et adiurat eas ſponſus ne ſuſcitent neqꝫ euigilare faciant dilectã: hoc eſt ne illam in ſomno dulciſſime quietis poſitam. i. contemplatione ſui conditoris: ſua inquietudine excitent ⁊ ad ſollicitudines ⁊ curas ſeculi euigilare compellant. Donec ipſa velit: hoc eſt donec peracto officio debite ſeruitutis qđ in pſalmis hymnis ⁊ canticis ſpiritualibus exhibet deo admoneaẽ tñ cura corporee fragilitatis ad ea que ſunt ſeculi redire. (Que eſt iſta que aſcendit de deſerto delitijs affluens innixa ſuper dilectum ſuum.) Vox ſynagoge admirantis eccleſiam de gentibus congregatam. Que eſt iſta inquit. i. qualis eſt ⁊ quanti meriti: que aſcendit de deſerto: derelicta eniꝫ fuerat a deo per idolatriam ⁊ veritatis ignorantiam. Aſcendebat ergo virtutum gradibus de deſerto: hoc eſt de errore infidelitatis in quo ad tempus derelicta fuerat. Delitijs affluens: hoc eſt virtutibus abundans. Innixa inquit ſuper dilectum ſuum. i. fiducialiter in Chriſto agens ⁊ omnes virtutes ſuas ⁊ cuncta bona ad eius gratiam referens. Sciebat enim ſe nihil ſuis viribus implere poſſe: ideoqꝫ cum Apoſtolo dicebat. Gratia dei ſum id ꝙ ſum. Et notandum ꝙ dicit: ſuper dilectum ſuum. Nam ſynagoga ſolam ſe putabat habere cognitionem dei ceteris gentilibus in ignorantia dei conſtitutis. Notus enim (vt ait Pſalmiſta) in iudea deus. Sed ita miranti ſynagoge reſpondet ipſe ſponſus ⁊ dilectus per id ꝙ ſequitur. (Sub arbore malo ſuſcitaui te: ibi corrupta eſt mater tua: ibi violata eſt genitrix tua.) Arborem maluꝫ crucem dñicam debemus accipere: ſub qua arbore ſuſcitata eſt Synagoga: qꝛ ipſa a p̄uaricatione originalis peccati ⁊ a poteſtate diaboli per crucem Chriſti redempta eſt. Ibi ſuſcitata eſt que peccatis erat mortua. Et bene arborem mali dicit. Nam ⁊ ſupra huic arbori Chriſtũ comparauit dicens. Sicut malum inter ligna ſyluarum: ſic dilectus meus inter filias. Ibi corrupta eſt mater tua ⁊ violata genitrix tua. Matrem ⁊ genitricem ſynagoge maiorem ⁊ principalem plebem iudaice partis dicit: quales erant ſcribe ⁊ phariſei qui Chriſtuꝫ Pilato tradiderunt: qui reliquam plebem tanquaꝫ mater ⁊ genitrix regere debebant

bebant ⁊ erudire: quales erant illi qui ſuadentibus ipſis principibus iprobe acclamabant Crucifige eum. Hec ergo mater ſynagoge ſub arbore malo: corrupta ⁊ violata eſt: quando ſe ſuoſqꝫ poſteros crudeli maledictione conſtrinxit dicens: Sanguis eius ſuper nos ⁊ ſuper filios noſtros. Nam ⁊ illi ſub cruce chriſti erant: ſꝫ non fide ⁊ deuotione: tamen crudelis vindicte ſibi ⁊ ſuis poſteris imprecatione. (Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum: vt ſignaculum ſuper bracchiuꝫ tuum: quia fortis eſt vt mors dilectio: dura vt infernus emulatio.) Quia iquit ſub arbore malo ſuſcitaui te: hoc eſt quia paſſione in cruce te redemi: pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum: hoc eſt habeto me ſemper in memoriã ⁊ ne obliuiſcaris quanta pro tua ſalute pertulerim. Pone me inquit vt ſignaculum ſuper cor tuuꝫ per fidem: pone me vt ſignaculum ſuper bracchium tuum per dignam operationem. Nam ⁊ nos quando aliquid rememorari nobis volumus: ſignaculũ digito vel bracchio imponere ſolemus: vt illo admoniti rei quã curã habemus recordemur. Et nos vt ſignaculum ſuper cor ⁊ bracchiuꝫ chriſti imponere debemus vt eius memoriam ſemper habeamus: ⁊ vt recte in illũ credentes fidem ipſam bonis operibus exornemus: qđ ſi fecerimus ipſe quoqꝫ nos velut ſignaculuꝫ aſſumet: ⁊ noſtri recordabitur iuxta qđ Zorobabel iudici iudee repromittit. In illa die ſuſcipiam te Zorobabel ſerue meus: ⁊ ponã te ſicut ſignaculũ in conſpectu meo. Nã ſi nos beneficioꝝ eiꝰ obliti fuerimꝰ: nec ei dignas grãꝝ actiones retulerimꝰ: ipſe quoqꝫ nr̃i obliuiſcet̃: ſic̃ de impio rege Jechonia dic̃. Si fuerit iechonia anulus in dextera manu mea: inde euellã eũ. Qꝛ fortis eſt vt mors dilectio: dura vt ifernꝰ emulatio. Dilectio chriſti fortis eſt vt mors. Sicut enim mors aiam a corpore ſeparat vt iam nihil concupiſcere: nihil in preſenti vita homini liceat ambire: ita dilectio chriſti quẽ vere peruaſerit totum ſeculo huic mortificat: ⁊ quaſi inſenſibilem reddit: ſolũqꝫ Chriſto viuens: mũdo mortuus eſt. Idẽ ſenſus eſt cuꝫ dicit. Dura vt infernus emulatio. Naꝫ ſicut infernus eos quos ſemel recipit nunquaꝫ reſtituit: ſed ſemper retinet: ita verus chriſti amor queꝫ ſemel receperit: nunquam dimittit. Unde apoſtolus dicit. Quis nos ſepabit a charitate chriſti. Tribulatio: an fames: an anguſtia: an gladius: Sꝫ ⁊ de dilectiõe chriſti hoc poteſt accipi: cuius dilectio fortis fuit vt mors: quia in tantũ nos dilexit vt immortalis pro nobis mortẽ ſuſciperet. Dura fuit emulatio eius vt infernus: quia ſicut infernus neſcit miſereri aut a penis reorum mitigare: ſic chriſti dilectio non potuit ceſſare: aut vllis improbitatibus perſecutorum remoueri ab amore humani generis. Quidam hoc qđ dicitur dura eſt vt infernus emulatio ad ſynagogaꝫ referunt: que gentes emulabatur: ⁊ inuidebat ſaluti illarum. Monet ergo eam Chriſtus hec dicens: vt ab inuidia ceſſet ⁊ ſaluti eccleſie cõgaudeat. (Lampades eius lampades ignis atqꝫ flammaruꝫ.) Lampades eius. ſ. dilectiones: precordia ſunt ſanctoruꝫ: in quibus veluti in vaſis dilectio inhabitat. He ergo lampades: lampades ignis ſunt: quia in corde ardent per amorem. Lampades vͦ flammarum: quia exterius lucent per operationem. (Aque multe non potuerunt extinguere charitatem: nec flumina obruent illam.) Aque ⁊ flumina ſunt violente perſecutoꝝ minę: vel etiam blandimenta quibus ſanctos a charitate dei ſeparare nituntur: De quibus dominus in euangelio dicit: loquens de viro qui edificauit domum ſuam ſupra petram: ꝙ venerunt flumina: flauerunt venti ⁊ impegerunt in domum illam ⁊ non cecidit. Aque ergo multe non potuerunt extinguere charitatem: quia nulla tribulatio: nulla anguſtia ſanctos a charitate dei ſeparare valebit. (Si dederit homo omnem ſubſtantiã domus ſue pro dilectiõe: quaſi nihil deſpiciet eã.) Hic verſiculus non eget expoſitione. Nã nulle huius mundi ſubſtantie: nulle opes: comparatione dilectionis aliquid ſunt. Legimus quoſdam ſanctos ſua dediſſe pro amore chriſti: ſed tamen nihil ſibi videbantur dimittere in comparatione charitatis quam emebant. vnde apoſtolus cum non ſolum terrenam ſubſtantiam: ſed ⁊ paternas traditiões dimitteret pro Chriſto dicebat. Hec oĩa ꝯtemno ⁊ arbitror vt ſtercora vt Chriſtum lucrifaciã. i. amorẽ illiꝰ acquirã. (Soror noſtra paruula ⁊ vbera nõ hꝫ: qđ faciemꝰ ſorori noſtre in die qñ alloquẽda eſt?) Vox dilecti ſynagogã alloquẽtis eſt pro eccl̃ia gentiũ. Soror iquit noſtra. i. gentiũ eccleſia parua eſt: ⁊ vbera non hẽt. Ex magna dilectione dilectꝰ cõmunicato cum ſynagoga nomine dicit: Soror noſtra. Quia enĩ ex iudeis carnem aſſumpſit: ideo ſe quaſi ſynagoge cõparauit ⁊ exequat. Paruula iquit eſt ſoror noſtra. Sic̃ alicuius hominis etas deſcribit̃: ſic etiam etas eccleſie. Parua enim adhuc erat eccleſia de gentibus congregata ſub ipſis domini ⁊ Apoſtoloꝝ temporibus: qꝛ ⁊ paruitate credentium parua exiſtebat: ⁊ vbera nec dum habebat. i. nequaquã predicando ſpirituales deo filios generare valebat. Dicit ergo quaſi conſiliuꝫ ſynagoge requirens. Quid faciemus ſorori noſtre in die quando alloquenda eſt. Allocutio eccleſie eſt vel cuꝫ intrinſecus occulta inſpiratione: vel exterius aperta predicatione admonet deus animam vniuſcuiuſqꝫ fidelis. Et eſt ſenſus. Quando per Apoſtolos meos alloquar eccleſiã de gentibus cõgregataꝫ: quid faciemus? Ideſt quo modo illi precepta celeſtia cõmittemus vtrum videlicet queqꝫ minima: an quo maior efficiatur perfectiora illi ſecretorum celeſtiũ myſteria trademus? Nã deus omnipotens pro menſura ⁊ capacitate mentis humane temperat verbum predicationis conſiderans vires ⁊ capacitatem auditoris. Sed ſynagoga tacẽte: ipſe pro ea reſpondit. (Si murus eſt edificemus ſuper eum propugnacula argentea: ſi oſtium eſt cõpingamus illud tabulis cedrinis.) Si inquit ſoror noſtra eſt murus: edificemus ſuper eã propugnacula argentea: ac ſi diceret. Cũ ceperint Apoſtoli mei predicare eccleſiaꝫ de gentibus congregatam ſi tales fuerint auditores qui merito perfectionis murus appellari poſſint: duꝫ videlicet vel ingenio naturali prediti vel philoſophica eruditione preſtãtes: quaſi alienos defendere ⁊ munire poſſunt vt defendit murus. Edificemus ſuper hunc talem murum propugnacula argentea: addamus illis eloquia diuinarum ſcripturaruꝫ. Nam pſalmiſta dicit: Eloquia domini eloquia caſta: argentum igne examinatum. Si vͦ tales fuerint auditores qui nequaquam hoſtibus reſiſtere poſſint nec tela ꝯtrauenientia repellere: ſed fuerit velut oſtium vt ſimplicia annũtiantes poſſint aliquos ad eccleſiam ⁊ ad fidem adducere: quales ſunt ſacerdotes minoris gradus qui baptiçãdo in eccleſia ⁊ diuinis myſterys initiando homines in eccleſia introducant: compingamus illud oſtium tabulis cedrinis. i. proponamus eis exempla precedentium patrum qui veluti cedri imputribilia videlicet ligna: imarceſcabilia opera habent ⁊ veluti tabule ſcientie ⁊ charitatis latitudine diffuſi ſunt. Latitudo enĩ tabularũ latitudinẽ cordis vel ſciẽtiam ſignificat dicente pſalmiſta. Viam mandatorum tuorum cucurri: cum dilataſti cor meum. His ergo ce-

drinis tabulis.i.ſanctorum exemplis compingamus il
lud oſtium: vt videlicet eorũ innitendo exemplis alijs
eccleſiam introeundi: veluti oſtium ianuam pandant.
(Ego murus: ⁊ vbera mea ſicut turris: ex quo facta ſuȝ
coram eo quaſi pacem reperiens.) Uox eccleſie: que cũ
audiſſet pro ſua ſalute conſulentem dilectum ſuũ: ipſa
leta reſpondet. Ego murus ſum: ⁊ vbera mea ſicut tur/
ris. Ego inquit murus: quia ego ſupra firmam petram
fundata ſuȝ: ⁊ glutino diuine charitatis ſolidata. Siue
murus ſum: qꝛ de viuis lapidibus ⁊ electis hoc eſt ſan/
ctis ſum edificata. Et vbera mea ſicut turris: quia tales
intra me cõtineo: qui vice vberũ alios nutrire poſſunt
ſpirituali doctrĩa: ⁊ vice muri ⁊ turris defendere ⁊ mu
nire: quodqȝ ſicut turres muniunt ⁊ defendunt: ita me/
rito doctrine ⁊ conuerſationis inter reliqua mea mem
bra precellunt. Hoc autem nõ meis meritis neqȝ liber
tate mei arbitrij habeo: ſed dono ⁊ gratia ſponſi mei.
Ex quo facta ſum coram eo quaſi pacẽ reperiens: Ideſt
ex quo ille ſuum ſanguinem pro me fudit: ⁊ repropitiã/
do mihi deum patrem diſſoluit inimicitias que erant
inter deum ⁊ hominem mihiqȝ celeſtia pacificauit. Ex
quo ergo hãc pacem repperi: murus eſſe ⁊ habere vbe/
ra vice turriũ meruĩ. (Uinea fuit pacifico.) Ideſt di/
lecto meo: qui verus eſt pacificus: quia per eum pacifi/
cata ſunt omnia que ſunt in celis ⁊ que in terra. Inde
a ꝓpheta: pater futuri ſeculi princeps pacis appellatur.
In cuius veri pacifici typum Salomon.i.pacificus au
ctor huius carminis preceſſit. Huic ergo fuit vinea vi/
delicet ſancta eccleſia. (Que habet populos.) Hoc dic̃
vt ſe de eccleſia gentium non de ſynagoga oſtenderet
canere. Nam Synagoga vnius tñ gentis fuit: Eccle/
ſia vͦo habet populos: quia omnes gentes intra capaciſ/
ſimum ſuum gremium recepit. (Tradidit eam cuſto/
dibus: vir affert pro fructu eius mille argenteos.) Cu/
ſtodes huiꝰ vinee.i.ſancte eccleſie ſunt prophete ⁊ apo
ſtoli apoſtolorumqȝ ſucceſſores. Siue et cuſtodes ſunt
angelice virtutes que ab incurſibus tentationum ⁊ de
monum eccleſiaȝ cuſtodiunt. vir affert pro fructu eius
mille argenteos. Omnes viros fortes dicit ⁊ perfectos.
Naȝ vir a virtute vocatur. Fructus eccleſie eſt celeſtis
vite remuneratio pro qua ſancta eccleſia in preſenti la/
borare non ceſſat. Mille autem argentei quos pro fru/
ctu vir affert ſignificant omnia que in hoc mundo poſ/
ſideri poſſunt. Millenarius eniȝ numerus pro ſumma
perfectione ⁊ plenitudine ponitur. Uir ergo pro fructu
huius vinee mille affert argenteos: quia ſancti omnia
ſua relinquunt ⁊ pauperibus erogãt: vt fructu huius vi
nee hoc eſt ſupernam mercedem cõſequantur. Tale eſt
vt illud quod dominus in euangelij parabola dicit. Si
mile eſt regnum celorum theſauro abſcondito in agro:
⁊ reliqua. (Uinea mea coraȝ me eſt.) Uox ſponſi: Tu
inquit dicis quia vineam meaȝ tradidi cuſtodibus: tñ
vinea mea ſemper coram me eſt: quia lȝ eam cuſtodi/
bus meis cõmiſerim ego tamen ſemper curaȝ illius ha
beo: nec pro illa ſollicitus eẽ deſiſto: ſed ſuȝ cũ illa vſqȝ
ad conſumationem ſeculi. (Mille tui pacifici: ⁊ ducen
ti his qui cuſtodiunt fructus eius.) Mille tui ſubaudi
argẽtei quos ꝑ vinee dediſti fructu: pacifici tibi ſunt:
quaſi diceret: O anima fidelis noli dubia eſſe pro eter/
na mercede pro qua tua omnia dimiſiſti: quia mille ar
gentei tibi pacifici ſunt.i.manet pro te illa certa remu/
neratio: ⁊ verum inde fructum conſecuta es. ⁊ ducenti
ſubaudi argẽtei pacifici ſunt ſubaudi his qui cuſtodiũt
fructus meos. Sicut per millenarium plenitudo perfe
ctionis: ſic etiam per centenarium ſumma perfectio de
ſignatur: quia centenarius de leua in dexterã trãſfert.
Ducẽti ergo argentei: qui de duplicatis ſunt cẽtenarijs
ſignificant eos qui doctrina ⁊ operatione perfecti ſunt:
qui iuſte ⁊ pie viuendo ſemetipſos cuſtodiunt: ⁊ etiam
predicando alios ꝯuertunt. His ergo talibus ducẽti ar/
gẽtei pacifici ſũt: qꝛ duplicata in celis eis manet remu
neratio: de qua videlicet per Danieleȝ dr̃. Et q̃ ad iuſti
tiã erudiunt multos: fulgebũt q̃ſi ſtelle in ꝑpetuas eter
nitates. Hos enim dupl r iubet Apoſtolus honorari di/
cẽs. Preſbyteri qui in vobis ſunt: duplici honore digni
habeant̃: maxime qui ꝓſunt vobis ⁊ laborant in verbo.
(Que habitas in hortis: amici auſcultant: fac me audi
re vocẽ tuã.) Uox dil'ecti ſponſam eccleſiaȝ alloquen/
tis. O ecclia que habitas in hortis.i.que excolẽdis vir/
tutum germinibus inſiſtis. Hortus etenim ſponſi ipſa
eccleſia eſt: quia vt ſuperius lectuȝ eſt crebro ſe promi
tit eam in hortis viſere. Ergo eccleſia in hortis habitat
quia plantaria virtutum aſſidue nutrit. Nec trãſitorie
quaſi poſtmodum receſſura ibi tugurium ponit: ſed fi/
xa ſtatione ibi habitat. Fac me inquit audire vocẽ tuã
ideſt predica euangelium: preceptaqȝ mee legis ſimul: ⁊
ꝓmiſſionẽ celeſtiũ premiorꝫ annũtia. Hoc enĩ mihi io
cundũ ⁊ delectabile eſt vt audiã vocẽ tuaȝ: h̃ eſt vt au/
diã te v'ba ſalutis eterne annũtiãtẽ. Sed ⁊ amici auſcul
tãt.i.angelici ſpiritus vocẽ tuã delectãtur audire: quos
tibi amicos feci per effuſionẽ ſanguis mei: tuoſqȝ adiu/
tores ac protectores contra malignos ſpiritus inſtitui.
Siue amici.i.ſpiritus iuſtoruȝ auſcultant: quos de tuo
cetu ad me in celeſtibꝰ aſſumpſi. Et ipſi enĩ de tua pre/
dicatione ⁊ fratruȝ ſalute congaudent. Reſpondet con
feſtiȝ ipſa ſponſa dilecto ſuo. (Fuge dilecte mi ⁊ aſſimi
lare capree hinnuloqȝ ceruorum ſuper montes aroma/
tum.) Mira reſponſio. Inuitatur ad predicandum vt
ſponſus audiat vocem eius: Illa vͦo hortatur ſponſum
ſuum vt fugiat. Sed magna eſt myſterij conſequentia.
Nam ſuperius predicta fuerat chriſti natiuitas cum di
xit: quis det te fratrem meum ſugentem vbera. Predi/
cta etiam fuerat eius paſſio vbi dictum eſt: Sub arbo/
re malo ſuſcitaui te. Nunc conſequenter hortatur ſpon
ſum vt fugiat. hoc eſt velociſſime per aſcenſionem ad
patrem redeat. Et eſt ſenſus: Iubes me predicare: vis
vocem meam audire: Fuge dilecte mi.i.impleto incar
nationis ⁊ paſſionis tue myſterio reuerte ad celũ: vt nõ
iam te ſicut hominem ſed ſicut deum ſuper omnia co/
gitare incipiam: Tunc enim audies vocem meaȝ: quia
tũc liberius predicabo omni mundo. Et hoc eſt qꝺ do/
minus in euangelio dicit. Ego veritatẽ dico vobis: ex/
pedit vobis vt ego vadam. Expediebat eniȝ Apoſtolis
⁊ omni eccleſie vt chriſtus rediret.i.preſentiam tempo
ralem abſentaret: quia dum in corpore preſens erat nõ
poterant eum ſpiritualiter amare: ⁊ non poterant eum
quem hominem cernebant vt deum inuiſibilem ⁊ vbiqȝ
preſenteȝ cogitare. At poſtq̃ȝ celos aſcendit: cepit euȝ
eccleſia ſpiritualiter diligere ⁊ ſic deum iam cogitare ⁊
predicare. Et hoc eſt qꝺ Apoſtolus ait. Et ſi nouerãꝰ
chriſtum ſꝫm carnem: ſed nunc iam non nouimus eum.
Ergo dilecte mi ſi vis me ita predicare refuge.i.rece/
de ad celeſtia: ⁊ qui fuiſti comprehenſibilis per huma/
nitatem: efficere incomprehenſibilis per diuinitatem.
Uerumtamen ne me in preſenti ſine tua viſitatione re
linquas mihiqȝ te penitꝰ ſubtrahas. ſimilis eſto capree
hinnuloqȝ ceruorum ſuper montes aromatum. Sicut
inquit capree ⁊ hinnuli ceruorum indomita animalia
humanum conſortiuȝ fugiunt: tamen crebrius in mon/
tibus videntur: ſic ⁊ tu poſt tuam aſcenſionem lȝ inui
ſibilis